talia deorsum. et in solo corpore est potentialis distinctio secundum hic et ibi. et inter creaturas soli corpori debet dari universalis potentia locandi. et respectu visibilium et invisibilium. ut sic universum esset unum in omnibus suis partibus ordinatis. Et sic patet ratio duplex quare data est corpori potentia locandi spiritum. et spiritum contineri a corpore. hoc enim exigebat ordo universi. tum propter limitationem spiritus creati. tum quia in solo corpore distinctio est secundum hic et ibi. Concedende sunt igitur rationes monstrantes quod celum empyreum est locus angelorum. Ad primo obiicitur in contrarium primo quod incorporeum non est in loco. dicendum quod non intelligitur de esse in loco sicut mensuratum in mensura. Ad obiicitur quod loco angeli talis deus est. dicendum quod intelligitur de loco conservante non de loco distinguente. et tamen hoc non cogit. quod si deus est locus anime. quod nihil creatum locet spiritum. Ad obiicitur quod loci ad locatum est mutua indigentia. dicendum quod verum est de his que locantur propter defectum sui. sed non est verum de his que locantur propter servandum ordinem universi. Unde si queritur utrum lapis possit esse extra celum. dicendum quod non. tum propter suam indigentiam. quia non haberet locum conservantem. tum quia non patitur hoc ordo universi. sed de angelo. quod celum non creat non est ratio loci corporalis indigentia. sed corporis ultimi universaliter continentia. secundum quod universum est perfectum et ordinatum. Ad alias duas rationes patet visio. quod procedunt de esse in loco tanquam in conservante. ratione cuius ponitur influentia in locante. ponitur etiam inclinatio in locato. iste autem modus essendi in loco non convenit angelo.

Questio II

Utrum unus angelus simul et semel sit in pluribus locis. an tantum in uno? Et quod in pluribus videtur primo per Augustinum qui dicit quod angelus ibi est ubi vult. in libro de civitate dei. sed existens in celo vult esse in terra. ergo existens in celo est in terra. ergo simul est in pluribus locis. Item Damascenus dicit quod ibi est ubi operatur. sed angelus vel est vel potest esse motor celi. et motor operatur super totum mobile. ergo unus angelus in utraque precircumferentie celi potest esse simul et semel. ergo si magis distat una pars circumferentie ab alia quam celum a terra patet etc. Item quanto aliquid simplicius est. tanto in pluribus reperitur. Et ratio huius est. quia tanto magis recedit a coartatione et magis appropinquat ad divinum esse. quod ubique est. ergo si angelus inter creaturas maxime ad deum appropinquat videtur quod simul et semel in pluribus locis esse possit. sicut universale propter suam simplicitatem est ubique et semper. Item glorificatus spiritus non habet cogitationes volubiles. immo potest per donum glorie simul multa cogitare sed intellectus per naturam in unico instanti non aspicit nisi ad unum intelligibile. et per gloriam simul videt multa. ergo pari ratione videtur quod angelus glorificatus simul possit esse in locis diversis. Item corpus nunquam potest elevari neque per gloriam neque per unionem. ut sit excelsius spiritu glorioso. sed corpus christi per gloriam unionis potest esse in locis diversis. ergo pari ratione ut videtur et angelus gloriosus. Contra. Ambrosius in libro de spiritu sancto. Omnis creatura certis sue nature est circumscripta limitibus. sed quod potest esse unum et idem totum et secundum actum ita in hoc loco quod etiam in alio. non est circumscriptum. ergo vel angelus non est creatura vel si sit in pluribus locis simul esse non potest. Item Damascenus in libro i. Angelus dicitur esse in loco. quia adest intelligibiliter. et circumscribitur ubi et operatur. non enim potest secundum idem in diversis locis operari. Item si angelus simul esset in diversis locis. non indigeret mutatione movendi. sed moventur angeli. sicut patet per scripturam ut v. no. etc. ergo etc. Item si angelus simul et semel esse posset in diversis locis. simul et semel posset in uno loco tacere et in alio loco loqui. in uno moveri et in alio quiescere. ergo duo opposita simul et semel essent in eodem. Item ponatur eundem angelum simul esse parisius et rome. quero utrum deus hoc posset ire parisius si non. quero quid impedit. et non est dare. Si sic. sed nihil movetur ad id quod habet. ergo non potest ire parisius. aut si vadit parisius et ibi se invenit. simul fuit presens et absens. et post hoc est ibi presens. que omnia sunt inconvenientia et absurda. ergo etc. Respondeo dicendum quod cum angelus habeat esse individuatum. habet esse hic et nunc. quod quo habet esse limitatum et virtutem limitatam. habet esse in uno hic. sive in uno loco tantum. Cum ergo tam individuatio quam limitatio naturaliter et inseparabiliter insit angelo. hinc est quod angelum simul et semel oportet esse tantum in uno loco. et hoc dicunt auctoritates et rationes probant. et ideo concedende sunt pro eo quod verum concludunt. Ad illud quod obiicitur primo quod ibi est ubi vult. dicendum quod illud non est dictum per concomitantiam simultatis. quod in eodem instanti in quo est velle esse. in quocumque loco sit esse. sed ideo dictum est. quia esse in loco volito sequitur velle sine mora a tempore magna propter velocitatem angelicam. ut Damascenus dicit sequitur etiam esse in loco tali vel tali velle angeli ad nutum quia angelus non vult nisi quod competit nature sue. unde non vult ibi esse in instanti. sed in tempore in quo scit se posse venire. eo modo intelligendum est verbum predictum de corpore glorioso. Ad illud quod ibi est ubi operatur. dicendum quod operari alicubi est dupliciter. vel mediate vel immediate. Immediate ut puta anima operatur in manu. sed mediate in manu anima naute operatur in tota navi. quia movendo manum movet temonem. et movendo temonem totam navem movet. nec tamen oportet quod sit in tota navi. sed ubi operatur primo per hunc modum intelligendum est in proposito quod si angelus esset motor celi. vel movens primo moveret illam partem super quam esset influentia motoris. et in illa esset. non in tota re mobili vel mota. sic intelligendum est de angelis qui subverterunt zodomam. Ad illud quod obiicitur de simplicitate. dicendum quod simplicitas est dupliciter. Aut per privationem partium componentium in essentia nature. Aut per privationem partium continentium in esse diffinito sive in genere quanto. ergo quanto aliquid simplicius tanto in pluribus. hoc dicitur de simplicitate secundo modo. quam scilicet habet genus respectu speciei et ideo in pluribus reperitur quam species. Cum autem dicimus angelum simplicem. hoc est secundum illud genus simplicitatis. ideo nihil ad propositum. Ad illud quod obiicitur de pluralitate cognoscibilium que intelligit simul et semel. dicendum quod non est simile duplici ratione. quia vis cognitiva magis efficitur deiformis per gloriam quam vis motiva motori exteriori. Preterea aliud est. quia deus exemplar divinum in glorificatis est ratio cognoscendi secundum rem et essentiam. ideo intellectus glorificatus multa cognoscit. ita quod non dispergitur. sed circa unum colligitur. sed angelum esse in pluribus locis hoc non potest esse per collectionem virtutis ad unum locum. sicut intellectus ad unum primum cognoscibile. et ideo non est simile. Ad illud quod obiicitur de corpore christi. dicendum quod non est locus a minori neque simile. quia corpus christi in pluribus locis est. quia multa convertuntur in ipsum. Et si queras quare magis convertuntur aliqua in ipsum convertique in aliud corpus. Responsio est. quia est cibus in quo reficiuntur omnia membra christi. Et si queras quare talis cibus huiusmodi est. eadem questio est de carbone qualiter calefacit. propter communionem cum igne. sic caro christi repleta dilectione ut carbo ignis igne. et hoc totum est diffusius in primo libro et in quarto.

Questio III

Quomodo essendi angelum in loco. et queritur utrum sit in loco impartibili sive punctali. Et quod sic. videtur. Damascenus dicit quod angelus est in loco. non figuraliter sed intelligibiliter. cum ergo nihil ipsius loci sit infigurabile et intelligibile nisi punctus est in puncto. Item proportio debet esse locati ad locantem sed angelus est simplex et impartibilis ergo et debet locus

simplex & impartibilis. sed hic est solus punctus loci. ergo &c. Item ponamus angelum esse in loco in quo minori non potest esse. quero an ille locus est partibilis aut impartibilis Si partibilis. ergo cum angelus sit simplex. adhuc potest esse in minori. Et si non potest esse in minori. videtur quod ille sit impartibilis sed nihil est impartibile in loco nisi punctus. ergo &c. Item quod recipitur in aliquo. recipitur ibi per modum recipientis. non per modum recepti. sed angelus est in loco partibili. est partibiliter. sed impossibile est angelum recipere partitionem. ergo &c. Item si angelus est in loco partibili tanquam in loco primo. aut ergo est totus in qualibet parte. aut est ita in toto. quod pars est in parte. Si totus est in toto ita quod pars est in parte ergo est partibilis. Si ita quod in qualibet parte. cum ergo partes loci sint multe. erit in pluribus locis. Si dicas quod est in omnibus illis tanquam in loco uno. sicut anima est in omnibus partibus corporis. Contra. esto quod corpus illud dividatur. & locus in quo est angelus. constat quod nihilominus potest esse in omnibus partibus. cum non pendeat ex aliqua parte principaliter. & si hoc. cum sit ibi locorum multitudo. erit angelus in pluribus locis. ¶ Contra. punctus nec est locus nec pars loci. ergo quod est in puncto vel in loco punctali. non est in loco. ¶ Item punctus ut dicit philosophus est substantia posita. i. essentia habens positionem in qua differt ab unitate. ergo si angelus est in puncto. habet positionem. sed forma habens positionem in materia non est motor sufficiens eius in quo est. ergo &c. ¶ Item si angelus est in puncto primo. ergo influit virtutem supra punctum ergo cum punctus sit improportionalis corpori. impossibile est quod virtus eius se extendat ad corpus. & ita nunquam movebit corpus. ¶ Item anima est in toto corpore. sed hoc non facit unio quia ex hac ipso habet dependentiam. & ita arctationem. ergo hoc est ratione simplicitatis. cum ergo angelus sit eque simplex vel magis quam anima. videtur quod multo fortius in maiori loco vel equali totus possit esse. ¶ Responsio. triplex fuit circa 60 hoc positio. Fuerunt enim quidam dicentes quod angelus quamvis sit in loco corporali. non tamen est in eo corporaliter sed spiritualiter. Quum vero non est in loco situaliter. ideo nec secundum totum nec secundum partem. nec secundum impartibile. quia nulla omnino est commensuratio angeli ad locum. Sed ista ratio non intelligibilis esse videtur. quomodo scilicet aliquid possit esse in aliquo. & differentie conveniri. nec tamen primo immediate sit in toto vel in parte vel in partibili. Omne enim quod est in aliquo loco toto. vel est ratione totius. vel ratione alicuius partis. Et ideo fuit circa hoc secunda positio. scilicet quod angelus est in loco impartibili sive punctali. & ratio cooperat ista. quia angelus habet materiam omnino differentem a corporalium materia secundum esse. scilicet quod non est extensa. unde cum materia sit simplex ut punctus. ideo dicunt angelum habere simplicitatem proportionalem puncto. & ita in loco punctali. Sed hec positio falsa est & non intelligibilis. Quicquid enim sit de materia sicut infra dicetur. hoc enim est verum quod omnis locus corporeus est partibilis ergo sicut est oppositum in adiecto dicere corpus impartibile sive punctale. ita & dicere locum punctalem. Et iterum. cum punctus non sit locus. ponere angelum in puncto est idem ponere non esse in loco. Et ideo est tertia positio quod angelus cum contineatur a loco corporali. quod est in loco partibili tanquam in loco primo. & quoniam non potest extendi in eo. necesse est quod sit in toto. ita quod totus in toto & totus in qualibet parte. & in hoc est similis quoniam non simplicitas angeli simplicitati divine. sed deficit. quia angelus in uno loco est. deus autem ubique. Et ex hoc dicit Jo. Dam. quod angelus est in corporali loco sed intellectualiter non figuraliter quia hoc solum capit intellectus quomodo scilicet videlicet tota sit in partibus. & 61 tota in toto. & ita patet responsio ad verbum Dam. Quod obiicitur quod debet esse proportio. dicendum quod non oportet quod sit proportio secundum speciales conditiones totius angeli vel loci. quia angelus non ponitur esse in loco proprie. est tamen ibi proportio quod ad finitatem & limitationem. ergo quod uno angelus diffinitur & est in loco. sic enim angelus habet virtutem finitam & substantiam. sic locus eius arctatus & limitatus est. Quod obiicitur de hoc. si angelus ponatur in 62 loco in quo minori non possit esse. dicendum quod in hoc differt existentia angeli in corpore & anime. quia anima. quia est perfectio corporis nata vivificari vita rationali. & illud est in determinata quantitate. ideo potest esse in corpore ita quod non in minori. quia minus non esset organizabile aut vivificabile. angelus autem quia non est perfectio. & simplex est. quia in qualibet parte loci totus. quarumcunque qua est ratio loci. salvatur in qualibet. nec potest accipi locus iste ita quod adhuc possit esse in minori. & ideo non est dari locum in quo minori non possit esse. & non dari in quo maiori non potest sicut & anima. quia hoc veniret ex limitatione. Sicut ergo in corporibus statur in ascendo sed nunquam est ponere statum in dividendo. nec unquam devenitur ad impartibile. sic intelligendum est circa existentiam angeli in loco. Quod obiicitur quod est per 63 modum recipientis &c. dicendum quod verum est ubi receptum dependet a recipiente. sicut species recipitur in organo. recipitur in intellectu. & existentia eius dependet ex eo in quo recipitur. & se habet ad illud per modum informantis. hinc est quod recipit modum sue existentie ab eo in quo recipitur. non sic angelus recipitur a loco quia non dependet ex illo. Quod obiicitur si totus sit in qualibet parte loci. cum sint plura loca &c. dicendum quod totus est in qualibet parte. nec tamen in pluribus locis. sicut nec anima dum vivificat totum corpus. non vivificat diversa corpora. sed unum. Quod autem 64 obiicitur. esto quod corpus illud sive locus in quo est angelus dividatur. dico quod si divideretur in mille partes. cum partes non sequestrentur longe ab invicem. totus esset in omnibus & omnes essent et unus locus. quia nullam habet rationem ambiendi vel diffiniendi angelum. sed illud quod complectitur omnes partes. locus enim non numeratur secundum numerum corporum locantium. sicut patet quia unum corpus potest esse partim in aere. partim in aqua. partim in terra. nec tamen in tribus locis. sed in uno est.

¶ Questio IIII. & ultima

Utrum plures angeli sint simul in eodem loco primo: Et quod sic videtur ratione multiplici. Et primo hec est. angelus non est in loco corporaliter sed spiritualiter. ergo cum dicat philosophus. iii. de anima. quod anima locus est specierum. in quo scilicet sunt spiritualiter. similis est modus existendi angelum in loco & speciem in anima. sed in anima simul possunt esse plures species. ita quod una non est in alia. ergo pari ratione plures angeli in uno loco corporali. Item angelus non est minoris simplicitatis quam punctus. sed duo puncta possunt esse simul. ergo plures angeli. Probatio minoris. Philosophus dicit quod continua sunt quorum ultima sunt simul & dicit quod simul sunt. quecunque in eodem loco primo sunt. ergo cum contingat lineas contiguari. & ita ultima esse simul. ergo duo indivisibilia sunt simul. Item per aliud sic. quia angeli sunt lumina spiritualia sicut dicit Diony. sed lumina corporalia que sunt minoris simplicitatis & magis dependentia loco corporali. simul sunt sicut dicit Diony. & plures species in eodem medio simul sunt sicut patet. ergo pari ratione. immo fortius plures angeli in eodem loco. Item rationalis anima magis appropriat sibi corpus in quo toto est quam angelus locum. quia maiori nexu illi unitur. sed demon potest obsidere & esse in eo corpore cum anima. ergo &c. Item sancti dicunt & verum est. habebitur quod corpus glorificatum penetrabit per non glorificatum. ergo possunt simul esse duo corpora. ergo multo fortius duo spiritus. Si dicas quod non valet in spiritibus quia unus non est materialis respectu alterius. sicut corpus non glorificatum respectu glorificati. obiicitur tunc. sint simul duo corpora animata quorum unum sit glorificatum & alterum non. constat quod due anime sunt simul. & tamen una non est materialis respectu alterius. ergo pari ratione duo spiritus. Item spiritus rationalis non occupat locum. Intelligamus enim quod locus sit vacuus a corpore & ponatur ibi spiritus nihilominus erit vacuus sicut prius. & natura enim recipere quantum prius. ergo cum eque bene ibi possit esse corpus sicut si non esset spiritus. pari ratione videtur quod alius spiritus.

¶ Cōtra Strab° dicit ⁊ habet̃ in lr̃a q̃ statim cum empyreū est factū repletū est sanctis angelis. sed non est repletū quo ad vacuitatē. ergo quo ad omnē totalitatem. ergo loca distincta ⁊ diuersa habent in empyreo. ergo sicut eos pduxit deus sicut nati sunt esse. nō ergo in eodē loco nati sunt esse. sed in diuersis. ¶ Item Augustin° de fide ad petrū. Inest singulis spiritib° naturaliter termin° quo ad se inuicē distinguunt̃. ⁊ vnus i altero nō est. q̃ si distincti sunt p terminos naturales. impossibile est eos esse simul. ⁊ in eodē loco simul existere ¶ Itē locus dr̃ ad locatū relatione essentiali. q̃ cū multiplicato vno relatiuoꝝ multiplicat̃ alteꝝ. q̃t sunt locata. tot sunt loca. eodē mō quo loc° dr̃ ad locatum q̃ cū locus angeli dicat̃ ad locatū p modū mēsurāns ⁊ p modū diffiniēns. q̃t sunt angeli diffiniti. tot sunt loca diffinientia. ¶ Itē sicut se habet locus ad locatū. ⁊ ecōuerso. q̃ sicut vnū locatū ad plura loca. ita vnus locus ad plura locata. sꝫ vnū locatū vt angelus nō potest eē in pluribus locis. q̃ vn° locus nō pōt esse plurū angelorum. q̃ ⁊c. ¶ R°. ad pdictā q̃stionē dixerūt aliq̃ q̃ angeli poterāt esse plures simul nullo repugnāte. ⁊ hoc ꝓpter suā simplicitatē ⁊ ꝓpter hoc q̃ locū nō replent ratione sue spūalitatis. vn̄ nec minuūt loci capacitatē. quēadmodū nec lumina nec idola in medio nec spēs in aīma que in eodē ⁊ sm̄ idē sunt in multitudine. nec tn̄ ponit̃ idolū in idolo. nec lumen in lumine. sic dicūt se habere in proposito. ¶ Nec cogit obiectio de repletione celi qꝛ hoc dictū est ꝓpter spirituū multitudinē. ¶ Nec de virtute siue loco spūali. qꝛ sp̄s distinguit̃ ꝓpria virtute et natura. nec vn° illabit̃ alij. nec relatione. qꝛ vni° ad alterū nō est habitudo. nec dependētia necessitatis. sed solum cuiusdā cōgruitatis. Alij dixerūt q̃ q̃uis angel° spūaliter sit in loco. tn̄ plures angeli in eodē loco simul esse nō possunt. repugnāte habitudine distinctiōis que est loci ad angelū. Sicut em̄ due spēs albedinis in eadem aīa esse nō possunt. nō ꝓpter hoc q̃ repugnet repletio. sꝫ ꝓpter hoc q̃ repugnat ipsi° aīe informatio. qꝛ informata specie albedinis. nō potest iteꝝ cōsimili specie informari. Similit̃ in proposito loc° diffiniēs aliqd nō potest aliud qd̃ eodē modo est in loco diffinire. vn̄ sic vnum corpus nō potest pfici a duab° animab°. sic nec vnus locus p̄mus reputari duob° spiritib°. ¶ Sed multo melius istā questionē terminare possum° si respicia-mus ad rationē ob quā angelos ponim° i loco corporali. hoc em̄ nō est ꝓpter indigentiā angeli. qꝛ omni corpali loco destructo posset spūalis sub̃a pmanere. Nec etiā est ꝓpter indigentiā loci. qꝛ p̄ntia angeli nulla remouet̃ indigētia loci. sꝫ hoc est ꝓpter ordinem vniuersi. Qm̄ igit̃ angel° locū nō occupat. angelus indigentiā loci corpalis nō terminat. nec simpliciter nec in pte. q̃ntū est de spūali natura. ⁊ ei° loci nihil ꝓhiberet plures spirit° simul esse sicut p̄ia idola vel species in aīa. sed qm̄ ordo vniuersi ita tollit̃ p omnimodā indistātiā. sicut p distantiā infinitam sicut nō patet ordo vniuersi vt angel° infinite distet ab angelo. imo om̄es intra vnā circūferentiam celi vltimi claudunt̃. sic nō patet q̃ angel° in eodeꝫ loco p̄mo simul sit cū angelo. Ex his patet obiecta. Nō em̄ obijcit̃ de spēb° in aīa ⁊ p̄ūctis ⁊ lumīnarib°. pater m̄sio q̃ nō est sile. p eo q̃ diuerse spēs diuersas indigentias aīe cōplent. nō sic plures angeli indigētiam loci. Ampli°. nō sic attendit̃ ordo in illis q̃ntum ad existentiā in loco. sicut in angelis. Similit̃ sequētia duo nō valent. qꝛ nihil est ibi qd̃ repugnet ordini vniuersi. qꝛ demon ⁊ aīa sunt in corpe diuerso modo essendi. ⁊ corp° nō glorificatū est materiale respectu glorificati. Ultimū vo cōcludit a pte nature angeli. sꝫ aliud est quod impedit.

¶ Dist. iij. quales creati sunt angeli.

¶ Ecce ostēsum est ⁊c. Supra egit mḡr q̃n ⁊ vbi creati sunt angeli. h̃ pte ista ostēdit q̃les facti sunt. Et q̃m q̃litas angeli pōt attēdi aut q̃ntum ad naturales habilitates siue q̃litates respicientes dispositionē nature aut meritū. aut p̄miū. ideo hec ps habet tres. In p̄ma determinat de p̄mis. scꝫ de attributis. In scd̃a de habitib° naturalibus bonitatis ibi. Illud quoqꝫ inuestigatiōe. In tertia de habitib° beatitudinis ⁊ miserie infra dis. iiij. Post hec vidēdum vtrū pfectis. Prima ps habet tres. In p̄ma enumerat ⁊ distinguit illa attributa. In scd̃a ostendit quomodo recipiūt magis ⁊ minus. ibi. Hic cōsiderandum est vtrū ⁊c. In tertia ostendit in aliquibus alijs equalitatem. ibi. Et sicut in predictis angeli differebant ⁊c.

a Quattuor q̃dem āgelis videtur eē attributa. ¶ Cōtra. vr̃ sibi ꝯdicere i enūeratiōe. enūerat em̄ sex. sic pꝫ. q̃ sunt eēntie simplicitas. ꝑsonalis discretio. mēoria. intelligētia. volūtas. ⁊ liberū ar. Itē vr̃ sibi ꝯdicere i repetitiōe. dicit. n. i seq̃n. c. q̃ circa tria ꝯsiderāro. s. circa sb̃stāā. formam ⁊ ptāē. Querit̃ q̃ ō sufficiētia i lorū q̃ttuor. vr̃ em̄ q̃ mlt̃a plura debēt

De q̃ttuor naturalib° attributis angelis in ipo ꝯditionis sue initio. a

ECce ostensum est vbi angeli fuerint mox vt creati sunt. nūc ꝯsequēs ē inuestigare q̃les facti fuerint i ipo p̄mordio sue ꝯditōis a ⁊ q̃ttuor quidē angelis videt̃ eē attributa i initio subsistētie sue scꝫ eēntia simplex. i. īdiuisibilis ⁊ imaterial̃. ⁊ discretio ꝑsonal̃. ⁊ p rationē naturalit̃ insitā. intelligētia. mēoria. ⁊ volūtas. siue dilectio. liberū qꝫ arbitriū. i. libera īclinā de volūtatꝭ siue ad bonū siue ad malū in facultas. Poterāt eni p liberū arbitriū sine violētia ⁊ coactiōe ad vtrūlibet ꝓpria volūtate deflecti.

¶ Quō recipiūt magis ⁊ min° in attributis. b

HIc ꝯsiderādū est. vtrū i sua sb̃a spūali. ⁊ sapiā rōnali. ⁊ libertate arbitrij q̃ oīb° inerāt. omnes eq̃les fuerint. vt sit p̄ma ꝯsideratio de sb̃a. scd̃a de forma. tertia de ptāte. Persona q̃ppe sb̃a est. sapiā forma. arbitriū ptās. ¶ Et ad sub̃am q̃deꝫ ꝑtinet nāe sb̃tilitas. ad formā vo intelligētie ꝑspicacitas. ⁊ ad ptātē rōnal̃

tas. ⁊ hmōi ex pte eēntie. Ex pte potētiaꝝ irascibilis et cōcupiscibil̃. ⁊ ita competit eis ingeniū sicut memoria. ¶ Item videt̃ superfluitas. qꝛ li ar. nō discernit̃ a rōne ⁊ volūtate. q̃ nō deꝫ q̃rto loco cōnumerari. Itē tertium attributū qd̃ ērō. aut accipit̃ p cognitiua tm̄ aut p cognitiua et motiua.

attribui. s. icorruptibilitas. spūalitas. Si p rō mō q̃ male diuidit̃ i itelligētiā ⁊ volūtatē

Si scḋo modo. ꝙ supsuit h. ar. Rⁿ. dōm ꝙ ista attributa sunt ꝯuenientia angelo ꝑ naturā suā ꝗ sūt creationē tanꝗ̄ ꝑncipalia a ꝗb⁹ alia habēt ortū. Et sumit̄ sufficiētia sic. In angelo em̄ est ꝯsiderare eē ꝗ posse siue subam ꝗ ꝑsonā. Et circa subam duo. s. ꝗ est. ꝗ penes h̄ est sba ꝗ simplicitas. Uel ꝗ̄ngo ē ꝗ penes h̄ est ꝑsonal' discretio. Circa posse ꝯsiderare ipsam portā. ꝗ penes h̄ tertium lez rō natura lis infra. Cῖrca rō ꝯsiderare facultatē potētie. ꝗ penes h̄ est q̄rtū attributū. s. liber arbitriū. Uel aliter. angel⁹ hz q̄druplicē ꝯsiderari. s. in se. ꝗ sic eēntie simplicitas. Ad alterū angelū ꝗ sic ꝑsonalis discretio. Ad deū. ꝗ sic memoria. intelligētia. ꝗ volūtas. in q̄b⁹ ꝯsistit rō imaginis. In cōparatōne ad ea q̄ subiecta sunt eoꝝ regimini. ꝗ sic hz liber ar.

volūtatis habilitas. Ille ꝗ̄ eēm nē rōnales ꝗ ꝑsone erāt ꝗ spūs erāt. naturaq̄ꝫ simplices ꝗ vita

b imortales. differentē essentie tenuitatē. ꝗ differentē sapie ꝑspicacitatē. atq̄ꝫ differentē arbitrij libertatē ꝗ habilitatē recte habuisse itelligunt̄. Sicut corporib⁹ nōnulla differētia ē fm eēntiā ac formā. ꝗ pōd⁹. Quedā eni alijs meliorē ac digniorē essentiā ꝗ formā hñt. ꝗ alia alijs leuiora ꝗ agiliora sunt. Ad hūc ꝗ̄ modū credendū est illas spūales naturas ꝯuenientes sue puritati ꝗ excellētie ꝗ i essentia. ꝗ in forma. ꝗ i facultate dīas accepisse i exordio sue ꝯditionis. q̄b⁹ alij inferiores. alij supiores dī sapia ꝯstituerent̄. alijs maiora. alijs minora dona ꝑstāt'. vt q̄ tūc ꝑ naturalia bona alios excellebāt. ipi etiā post mūera grē eisdē p̄cellent. Qui em̄ natura magis subtiles. ꝗ sapia ampli⁹ ꝑspicaces creati sunt. hi etiam maiorib⁹ grē munerib⁹ prediti sunt. ꝗ dignitate excellētiores alijs ꝯstituti. Qui xō natura minus subtiles. ꝗ sapia min⁹ ꝑspicaces ꝯditi sunt. minora gratie dona habuerūt. inferioresq̄ꝫ cōstituti sunt. sapia dei eā moderamine cuncta ordinātis.

c In ipsa facultate arbitrij differētia animaduertēda est fm differētem nature ꝗtutē ꝗ differētem cognitiōis ꝗ intelligentie vim. Et sic differens vigor ꝗ subtilitas nature infirmitatē non adducit. minorq̄ꝫ cognitio sapie ignorantiā nō ingerit. sic libertas inferior nullā arbitrio necessitatē volūtatē iponit.

Ostēdit quō in aliq̄b⁹ alijs eq̄litatē hebuerūt. c

Et sic in p̄dictis angeli differebāt. ita ꝗ q̄dā cōia ꝗ eq̄lia habebāt. ꝙ spūs erāt. ꝙ indissolubiles ꝗ imortales cōe oīb⁹ ꝗ eq̄le erat. In subtilitate xō essentie ꝗ intelligētia sapie. ꝗ libertate volūtatis differētes erāt. Has distinctiōes itelligibiles intuisibiliū naturaꝝ ille sol⁹ cōprehēdere potuit ꝗ pōderare. q̄ tunc cūcta fecit in pondere. numero ꝗ mensura.

magister. ꝙ est gradus i simplicitate essentie. Ex obijcit̄ ꝙ substantia non recipit magis ꝗ minus. Ꝗ̄ndēri pōt ꝙ p̄ iter emplōꝝ. ꝙ est vna creatura verior ꝙ ꝯ eētia. ꝙ alia. Ergo dicit̄ subam nō recipe magis ꝗ minus. h̄ itelligendū est logice. Uldōm ꝙ aliud ē dicere eētiā. aliud simplicitatē eēn. ꝗ simplicitas eēntie. Ex obijcit̄ ꝙ dicit̄ ꝑuatōꝫ. dōꝫ ꝙ ꝗ si dicat̄ ꝑuationē. ñ m̄ pure ꝑuatoꝝ. ꝙ aliq̄d ponit. ꝗ iō p̄t recipe mag' ꝗ min⁹. Ex obijcit̄ tertio. dōm ꝙ illo ñ hz vtrūq̄ꝫ veritatē. s̄ꝫ i his opposit' ꝙ vtrūq̄ꝫ talis nata ē. ut iō xō ē maior accessum ad suū summū. vñ maior simplicitas ē

d Secūdum est ꝙ ē ꝯsideranda differentia arbitrij. ꝙ nec minor terminus sūmitate nec minor cognitio sapiētie ignorātiā nec inferior libertas necessitatē inducit.

Sap. xi.

in anglo ñ ꝑpt paucitatē cōpositiōis. s̄ꝫ ꝑpt accessū maiorē ad sūme simplex. h̄ aūt ē ꝑpt maiorē nobilitatē forme. sic ignis p̄t dicit̄ corpalib⁹ simplicior aere.

e In ipsa facultate arbitrij dīa animaduertēda est. Cōtra. liberū arbitriū est liberū a boni coactiōe. nec p̄t aliq̄ mō cogi. ꝗ in libertate arbitrij nō p̄t esse grad⁹. Rⁿ. dōꝫ ꝙ libertas arbitrij dupl'r pōt ꝯsiderari. aut inq̄tū dic facultatē ad exeūdū in op⁹. ꝗ sic dic positionē. ꝗ ꝯseq̄t̄ rationē ꝗ volūtatē. ꝗ iste potētie ꝯsequūt̄ subam. et fm ꝙ suba simplicior sic etiā potētie excellētiores ꝗ facultas maior. ꝗ sic ē ibi grad⁹. ꝗ h̄ mō loq̄t̄ mgr̄. Alio modo accipit̄ ꝑuatiue. vt dicat̄ libertas ꝑuationē coactionis. ꝗ h̄ mō est eq̄litas. q̄ est ꝑuatio in termino. et sic oppo't

d Ꝙ spūs erāt. ꝙ idissolubiles ꝗc. Cōtra. nō sūt spūs imortales. q̄ sūt simplices. s̄ꝫ ñ sūt eq̄lit̄ simplices. ꝗ ꝗc. Rⁿ. dōm ꝙ fm ꝙ spūs ꝑuat corpulentiā. ꝗ immortalitas ꝑuat corruptionē. quia vtrobiq̄ꝫ ꝗ respectu omniū angeloꝝ est dīsio hoꝝ vniuersalis. iō dicit ista equalia. nihilominus tamē si attendat̄ ad id quod positiōis est ibi. sic potest esse gradus sicut oppositum. Magister accipit fm sensum verborum mag' cōsuetum. ꝗ fm ꝙ hm̄oi nomina consueuerūt intelligi a nobis.

Uel aliter ꝗ magis fm ꝯsonantiā ad ea q̄ dicunt̄ in littera. Quia in angelo est cōsiderare subam formā. ꝗ potentiā. Substātia aūt cōsiderari pōt dupliciter sicut dictū est. ꝗ sic cōpetit ei simplicitas ꝗ ꝑsonalitas. forme attribuit̄ imago siue pulcritudo siue venustas. potētie attribuit̄ libertas. ꝗ sic patet quō quattuor reducunt̄ ad tria. Patet ꝙ tertiū attributū in tria diuidit̄. in quibus ꝯsistit imago. Patet etiā q̄ modo tertiū attributū differt a quinto. Patet etiam sufficiētia ꝗ rñsio ad obiecta. q̄ hic enumerant̄ attributa principalia. b Differētē essentie tenui. ꝗc. Cōtra. simplicitas respicit essentiā siue substantiā. sicut dicit̄ in lr̄a. s̄ꝫ suba nō respicit magis ꝗ minus ꝗ ꝗc. Itē simplex dicit ꝑuationē cōpositiōis. sed ꝑuationes nō recipiūt magis ꝗ min⁹. ꝗ ꝗc. Itē mag' et min⁹ si alicui imporit̄. h̄ ē ꝑ ꝯmixtionē cū suo opposito. s̄ꝫ simplex spūs nō est ꝯmixt⁹ alicui cōpositiōi q̄ sit opposita simplicitati angelice ꝗ omnes hñt easdē cōpositiōes. ꝗ omnes sunt eq̄liter simplices. Rⁿ. ad h̄ dicendū ꝙ in angelis est grad⁹ simplicitatis ꝗ hoc manifestat grad⁹ virtutis. Quia vnus angel⁹ est potentior altero. ꝗ quanto in spiritualibus aliquid est simplicius. tanto virtuosius. Potētiā ma

Ad intelligentiam huius partis duo queruntur secundum duo attributa, que de aliis habebitur. Primo queritur de simplicitate essentie. Secundo vero de discretione personali.

Circa primum queruntur tria. Primo utrum angelus sit simplex, aut compositus ex materia et forma. Secundo dato quod sic queritur utrum eadem sit materia in spiritualibus et corporalibus per essentiam. Tertio queritur utrum sit una numero, aut secundum identitatem essentiam.

Questio I a

Utrum angelus sit compositus ex diversis naturis. scilicet ex materia et forma. Et quod sic ostenditur per rationem mutationis. Nullum mutabile simplex. sed angelus de sua natura est mutabilis et mutatur. ergo habet compositionem. Sed ulterius quod ex materia. cuicunque inest mutatio. inest principium mutabilitatis. sed principium mutabilitatis est materia. ergo etc. Prima manifesta est. secunda patet per Aug. xii. confes. Omne mutabile insinuat quandam informitatem. qua forma capitur. vel mutatur. vel vertitur. Et Boe. in. li. de tri. Nihil quod est mere forma accidentis potest subiici. et videtur expresse dicere quod forma non suscipit accidentia. quia hoc non suscipit nisi materia subiecta. Si tu dicas mihi quod mutabilitas venit rebus quia sunt ex nihilo. sic in pluribus locis dicit Aug. Sed constat quod mutabilitas non est prima privatio. immo dicit aliquam positionem. ergo non habet causam ipsam puram privationem. necesse est quod habeat causam ipsam dicentem positionem. sed non positionem omnimodam. tum etiam dicat privationem. ergo aliquid quod non est omnino aliquid. nec omnino nihil. sed medium inter aliquid et nihil. hoc autem dicit Aug. materiam. ergo etc. Item hoc ipsum ostenditur per rationem actionis et passionis. quia nihil idem et secundum idem agit et patitur. sed angelus idem agit et patitur. ergo habet aliud et aliud principium secundum quod agit et patitur. Principium secundum quod agit est forma. principium vero secundum quod patitur non potest esse nisi materia. ergo etc. Maior per se manifesta est. et minor similiter patet. nam angeli est recipere illuminationes et dare. ergo etc. Si forte des instantiam quod medium per eandem materiam recipit lumen et dat. ut patet in aere. nulla est instantia. quia medium non habet rationem activi nec cooperativi. Et rursus hec instantia non potest fieri in una actione et passione. angelus enim agit et patitur. dum enim agit quod non debet. patitur quod debet. dum agit culpam patitur penam. ut nullo modo sit dedecus peccati sine decore iustitie. et hec est passio proprie. Item hoc videtur per rationem individuationis. in angelis enim est distinctio hypostasum. non per originem. Fiat ergo talis ratio. Omnis distinctio secundum numerum venit a principio intrinseco et substantiali. quia omnibus accidentibus circumscriptis. differentia numero sunt diversa. sed non venit a forma. ergo venit a principio materiali. ergo etc. Maior per se manifesta est. et minor patet per philosophum qui dicit de celo et mundo. Cum dico celum. dico formam. cum dico hoc celum. dico materiam. et idem in pluribus locis dicit quod omnino materia numerabilis se habet. Si dicas quod materia vocatur ipsa hypostasis. sive ipsum quod est. tunc quero a te quod hypostasis aut addit aliquid super essentiam et formam. aut nihil. Si nihil addit. ergo non determinatur. ergo sicut ipsum universale est natum super esse et ubique. sic ipsa hypostasis. sic patet in divinis. quia persona non addit super essentiam est ubique et immensa sic essentia. ergo cum hypostasis angeli sit finita et artata et limitata. et hic et nunc. necessario oportet quod ultra formam addat aliquid artans substantiale sibi. hoc autem non potest esse nisi materia. Item hoc ipsum ostenditur per naturam essentialis compositionis. Angelus enim diffinitur. et ita participat naturam generis et differentie. naturam in qua convenit cum aliis. et naturam in qua differt. ergo cum necesse sit totam veritatem distinctionis realiter inveniri in quolibet angelo. necesse est in eo ponere naturarum diversitatem. sed impossibile est plures naturas concurrere ad constitutionem tertii. quin altera habeat rationem possibilis. altera rationem actualis. quia ex duobus entibus in potentia nihil fit. similiter nec ex duobus entibus in actu. ergo necesse est etc. Si tu feras mihi instantiam in albedine et in aliis formis que habent diffiniri et habent genera et differentias. nec tamen habent materiam preter sui. instantia omnino nulla est. quia secus est de naturis accidentium que habent ortum a substantia et eius principiis. et de naturis sive differentiis substantie que non habent ortum ex alio genere. unde necessario sequitur vel quod albedo habeat diversas naturas in se. vel quod natura speciei et generis sunt et subalterni causantur a diversis naturis reperiri in subiecto. quod si ita non potest poni in angelo. primum ponendum est. Sed contra. Boetius in fine li. de duabus naturis et una persona Christi. Omnis natura incorporee substantie nullo materie fundamento innititur. nullum vero corpus est cuius materia non sit subiecta. Et iterum. Cum alia res fundamento materie innititur. ut corpus. alia vero subiecto materie non egeat ut incorporeum. nullo modo fieri potest ut in corporalem speciem mutetur. Ex hac auctoritate expresse habetur quod angelus non habet materiam. Item philosophus de anima dicit quod neque corpus est. neque forma in corpore. neque mixtum cum materia omnino. et hoc dicit esse verum de intellectu. sed angelus est huiusmodi. ergo non habet materiam. Item ostenditur ratione. Universum est perfectissimum secundum ordinem naturarum. ita quod perfectius non potest cogitari. sed potest cogitari aliqua substantia spiritualis et immaterialis. ergo illa est in universo. ergo etc. Maior patet per hoc quod deus fecit omnia valde bona. patet etiam per Damascenum c. xii. omnia que per dei providentiam fiunt. reductionem convenientem suscipiunt. et ut non est melius facta sunt. Aug. de li. ar. Potest esse aliquid in rerum natura quod tua ratione non cogitas. non esse autem quod vera ratione cogitas non potest. Minor patet. quia rationabiliter cogitatur substantia deo similis per spiritualitatem et immaterialitatem. et hoc videtur cum enim sit aliqua natura que secundum substantiam et esse est actus materie. ut forme materiales et corporales. alia que secundum actum essendi. non secundum essentiam. ut anima rationalis. erit igitur tertia que secundum actum et essentiam erit separata. Item videtur per deductionem ad inconveniens. Inconveniens enim est quod aliqua natura creata sit nobilior angelo. sed omnis causa nobilior est suo effectu. et angelus non habet aliam causam quam increatam. sed illa non potest esse causa materialis nec formalis. ergo angelus non habet materiam nec formam aliam. sed essentialiter est forma. Respondeo. dicendum quod certum est angelum non habere essentiam simplicem per privationem omnis compositionis. certum enim est quod angelus compositus est compositione multiplici. Potest enim considerari in comparatione ad suum principium. et sic inquantum est compositus inquantum habet ad ipsum dependentiam. simplicissimum enim absolutum est. et omne dependens ab ipso cadit in aliquam compositionem qua differt. quod est. et quo est. Potest secundo considerari in comparatione ad suum effectum. et sic habet componi ex substantia et potentia. Potest nihilominus considerari ut ens in genere. et sic secundum metaphysicam componitur ex actu et potentia. secundum logicum vero ex genere et differentia. Item habet considerari ut ens in se. et sic quantum ad esse actuale est in ipso compositio entis et esse. quantum ad esse essentiale. ex quo est et quod est. quantum ad esse individuale sive personale. sicut quis est et quo est. Cum ergo angelica essentia dicitur simplex. hoc non est per privationem harum compositionum. sed hoc certum est alias compositiones removeri a subiecto. utpote compositionem ex partibus quantitativis. et compositionem ex partibus heterogeneis. et compositionem ex natura corporali et spirituali qualis est in homine. Sed de compositione materie et forme sive materialis et formalis de hac dubium est. Et voluerunt aliqui dicere quod talis removetur ab angelo. et sunt in eo compositiones prius dicte. Sed sicut ostensum est supra. cum in angelo sit ratio mutabilitatis non tantum ad non esse. sed secundum diversas proprietates. et iterum ratio possibilitatis. et iterum ratio individualitatis et limitationis. postremo ratio essentialis compositionis secundum propriam naturam. non video causam nec rationem quomodo defendi potest quin substantia angeli sit composita ex diversis naturis. et essentia omnis creature per se entis. et si composita est ex diversis naturis. ille due nature se habent per modum actualis et possibilis. et ita materie et forme. Et

ideo illa positio videtur verior esse. s. quod in angelo sit compositio ex materia et forma. Ad 7 quod obiicit in contrarium de auctoritatibus Boe. et Aug. dicendum quod loquitur de materia appropriata. s. ratione potentie passiue que est principium patiendi et transmutandi ab alio. et hoc patet. quia ipsi voluit probare quod corporalia non conuertuntur in spiritualia. nec econuerso. Et ista phs vult dicere quod aia denudata sit a ratione materie. secundum quod est causa generationis et corruptionis. et ideo non loquuntur generaliter de materia sed appropriate. Aliodum ipse Boetius contradiceret sibi in. j. de tri. vbi dicit quod nihil subiicitur accidentibus nisi per materiam. et ibi 8 dicit quod solus deus est immaterialis. Ad obiicit quod creata simplex rationabiliter potest considerari et c. dicendum quod consideratis proprietatibus creature. constat quod creatura non est actus purus oportet quod habeat possibilitatem. Item mutabilis est. Oportet quod habeat ~~firmamentum~~. Item limitata et in genere. Oportet quod compositionem habeat. vnde non potest rationabiliter cogitari. quod non potest 9 esse fieri. Et si obiicias mihi. quod deus potest facere quod forma accidentalis sit sine materia. vt in sacro altari. dicendum quod nunquam fecit quin ipsa sit nata esse in materia. et ad illam quantum est de sui natura habeat inclinationem. Sed quod deus res condidit secundum quod competit naturis ipsarum. patet quod nunquam tribuit facere formam stare sine materia in conditione rerum. quamuis in miraculis faciat contra naturam et supra naturam. In conditione enim rerum non querimus quid deus possit. sed quid congruat nature ipsius creature. sicut 10 dicit Aug. Ad obiicit quod causa nobiliores effectu. verum est de efficiente et finali que pertinent rationem cause. sed de materiali et formali que sunt principia ordinata ad compositionem non habent veritatem simpliciter sed solum secundum quid.

Questio II b

Dato quod angelus habeat compositionem ex materia et forma. largo sumpto nomine materie quod esse possibile. quod tamen alio venit ad constitutionem tanquam fundamentum rei. Queritur de illa materia vtrum sit eadem cum materia corporalium. non loquor de identitate secundum essentiam numeralem. sic sortes senex est idem sibi puero secundum substantiam. sed loquor secundum identitatem nature communis. vt sic omnes anuli de auro dicuntur habere eandem materiam siue essentiam. cum tamen naturaliter varietur. et alia pars secundum substantiam sit in vno. alia in alio. Et quod sit idem per essentiam videtur auctoritate Aug. de mirabilibus sacre scripture. j. c. omnipotens deus ex informi materia quam ipse prius de nihilo condidit. cunctarum rerum hec est sensibilium et insensibilium. intellectualium et intellectu carentium. species multiformes diuisit. quod hic exponitur. Item ratione videtur. In quolibet genere est reperire vnum primum quod mensurantur omnia que sunt in illo genere. vt vult phs in. x. prime philo. sed substantia est vnum genus non tantum secundum logicam que considerat rerum intentiones. sed secundum metha. que considerat essentias rerum. ergo in genere substantie est vnum aliquod quod mensurantur omnia in illo genere. sed illud non potest esse principium extrinsecum. cum secundum huius maiorem et minorem participationem intrinsecam res illius generis magis et minus sunt. ergo cum principium intrinsecum non sit nisi forma vel materia. erit vel materia vel forma. si materia habeo propositum. si forma. sed vnitas forme necessario presupponit vnitatem materie. ergo et c. Item quecunque aliqua communis passio inest aliquibus subiectis. necesse est quod insit eis secundum aliquod commune. sed numerus est in spiritualibus et corporalibus vniformiter. quia eodem modo numeras. x. homines et. x. angelos. numerus enim angelorum supplebitur ex hominibus. ergo necesse est aliquam naturam communem in eis esse. secundum quam hec passio insit. sed hec non potest esse forma. restat ergo quod materia. Item abstrahatur materia corporalium ab omni forma et materia spiritualium. aut distinguitur aut non? Si non. ergo sunt idem per essentiam. Si sic. cum omnis distinctio sit a forma. ergo habent formam. Si tu dicas quod distinctio perfecta sit a forma. sed sic materia habet esse incompletum ita et distinctionem incompletam. Contra. illud in quo materie differunt spiritualia et corporalia est simplicitas et compositio. sed materia abstracta ab omni forma. et ita simplex vt punctus. ergo nullam possibilitatem habet. ergo si in hoc non differunt. non videtur quod in alio. Si dicas quod per capacitatem. Contra. materia non est sua capacitas per essentiam. ergo contingit eam abstrahi a capacitate. abstrahatur ergo materia spiritualium et corporalium a capacitate. ergo per quid differant. nullam omnino est dare. nullam assignare differentiam. ergo essentia est eadem per naturam. Item forma generis est abstrahibilis a forma speciei siue a differentiis. sed ~~vna~~ dicimus formam generis. corporeum et incorporeum sunt differentie. ergo ab his potest abstrahi. sed forma generis naturaliter est prior quam forma differentie. sic dicit phs quod prius est animal quam homo. considerata igitur materia spiritualium et corporalium sub forma generis. non differunt quantum ad formam que consequitur ipsam essentiam materie. ergo multo fortius non differunt quantum ad ipsam materiam vt videtur. Item cum dicimus materia rerum corporalium est materia spiritualium. materia et materia. aut est conuenientia in solo nomine. aut in habitudine. aut in essentia. Si in solo nomine. ergo tamen sit equiuocatio in primo principio. ergo nulla est vniuocatio. Si in comparatione abstrahatur ab illa comparatione. tunc aut erit dictum per conuenientiam in essentia. aut equiuocatio pura. Contra. Aug. xij. confes. duo fecisti domine. vnum prope te. aliud prope nihil. Et iterum in. xij. duo sunt carentia temporibus. vnum quod sine vllo defectu contemplationis. et sine vllo interuallo mutationis tua eternitate perfruatur. alterum quod ita vniforme erat vt ex alia forma in quam formam mutaretur non haberet. si ergo que recte diuiduntur vnum non intrat in constitutionem alterius. franciscana natura diuiditur contra corporalem naturam siue corporalium. ergo et c. Si tu dicas quod loquitur de ea secundum esse hoc nihil est. quia loquitur de ea sic patet in antecedentibus et consequentibus secundum quod omni forma erat priuata. siue vt intelligitur sub omnimoda informitate. et sic consideratur vt mutabilis. ergo et c. Beda etiam et alii sancti sic diuidunt. Item quecunque communicant in materia sunt ad inuicem transmutabilia. sic dicit Boe. de duabus naturis et vna persona christi. sed spiritualia et corporalia non sunt huiusmodi. ergo et c. Item ratione vt. sic agendi potentia essentialiter consequitur formam. ita potentia suscipiendi essentialiter consequitur materiam. sed necessario sequitur quod si sunt diuerse potentie essentiales aliquarum formarum. ita quod ad aliquem effectum vel actum ordinatur vna ad quem non alia quod differunt per essentiam. Cum ergo materia subiecta corporalibus formis nullo modo possit capere formas spirituales per indiuiduam perfectionem nec econuerso. quia nunquam de angelo potest fieri corpus. nec econuerso. ergo differunt per essentiam. Item possibilitas inest rebus corporalibus. aut ergo a parte forme. aut a parte materie radicaliter. Non a parte forme. quia omnis forma est in simplici essentia consistens. ergo principaliter a parte materie et originaliter. Aut igitur consequitur materiam secundum se. aut non. Si non. vt si materia sit simplex quantum est de se. vt punctus. ergo sicut punctus non potest esse materia vllius superficiei. ita nec materia per se corporis. quod sit hoc absurdum est. quod dimensiones secundum rationem infinitam consequuntur materiam secundum se. cum ergo sit in corporalibus et spiritualibus. patet et c. Item obiicitur quod a principio quod angeli facti sunt ad videndam claritatem summe lucis. sed materia corporalium de se tenebrosa est. et quod magis perficitur et magis vnitur ei. tanto minus cognoscit. et magis est tenebrosum. Sed ergo forma angeli vnitur sue materie maxime in diuisione sua et esset ineptissima ad contemplandam lucem. sic quod propter hoc solum factus est. nunquam haberet materiam conformem per vnitatem nature materie corporali. Item videtur quod non sit ponere materiam tanquam mensuram generis substantie. quia quanto magis participant de ratione materie minus sunt entia. et ipsa est quod ignobilissimum in genere entium. quia prope nihil. Sed igitur illud vnum quod est mensura generis debet esse perfectissimum in genere illo. vt albedo in genere coloris. patet et c. R. dicendum quod circa hanc questionem sapientes videntur contrariari sapientibus. Nam magni et profundi clerici. et in theologia et in philosophia qui magis fuerunt veritatis inquisitores. diuersificati sunt.

ꝛ quantũ ad hoc excecati sunt angeli mali. sicut q̃tum ad affectũ obstinati. ꝛ propter istius iudicij subuersionem dicunt tenebre ꝛ dati in reprobũ sensum. ꝛ sic patꝫ rñsio ad p̄mum. Ad illud qd̃ obijcit de Diony. ꝙ est in demonibꝰ fantasia ꝓterua. dõm ꝙ fantasia dupliciter accipit. Aliq̃n p vi sensitiua collatiua sensibilium receptoꝝ. Aliq̃n fantasia dr apparitio fm̄ ꝙ dr a phanos qd̃ est apparitio. Et primo modo est in solis corporibꝰ. secũdo modo in spiritibꝰ. Hec aũt fantasia ꝓterua dr esse in demonibꝰ. qm̄ ꝛ si demones intelligētes sint ꝛ multa vera cognoscãt. tñ alios nolunt docere. sꝫ a veritate seducere. ꝛ ideo quia nõ possunt nisi p apparentes similitudines. hinc est ꝙ studiũ demonũ marie circa talia est intentũ. sicut magisꝰ clericus qui vellet alios paralogisare studeret in sophismatibꝰ. ꝛ iõ fantastici dicunt ꝓpter rationes fantasticas ꝛ apparentes quas inueniũt. ꝛ hanc fantasiaꝫ dicit proteruã. Quia cũ firmiter dictũ suũ veritatē cognoscant. tamē cognitaꝫ sciēter impugnãt. Vel hoc est proteruire. s. veritati intellecte obuiare. ideo habēt fantasiã proteruã. Habēt etiam cõcupiscentiã amentē. quia cũ non deberent appetere nisi honestũ ꝛ cõferens. appetũt res maxime nociuas. sicut peccare ꝛ alios in peccatũ precipitare. q̃uis hoc non intendãt finaliter. Ibi est furor irrationalis. quia cũ solis malis debēt ex ratione irasci irascunt ꝛ furiũt contra bonos. Ad illud quod obijcit ꝙ homini inflicta est ignorãtia fm̄ speculationē intellectus. dõm ꝙ veꝝ est in posteris. sed ade nõ est inflicta ignorantia cognoscendoꝝ. quia habuit cognitionē sibi innatam. Sic ꝛ demones quia habuerũt cognitionē sibi innatã. ꝛ deus vir subtrahit dona sua naturalia. s. gratis data. ideo nõ inflixit ibi ignorantiã in ītellectu speculatiuo. sed tamē ignorantie pena cõtraria est. ꝛ cecitas in intellectu p̄tertio. Paruulis autē dicit infligere ignorantiã. nõ subtrahēdo sciẽtiã sed non apponendo. Preterea moles carnis corrupte aggrauat intellectus iudiciũ ꝛ ideo nõ est simile. Ad illud quod obijcit. ꝙ affectus est ꝑuatus rectitudine volũtatis. dicenduꝫ ꝙ peccatũ magis respicit voluntatē. ꝛ magis directe opponit bonitati affectionis q̃ veritati cognitiõis. et iõ demones nõ sunt ita priuati lumine cognitiõis p culpam sicut bonitate affectiõis. Verũtñ sicut ꝑus tactuꝫ est. est quoddã iudiciũ qd̃ est cõiunctũ volũtati ꝛ est subuersum in malis angelis ꝛ excecatũ. iõ ptꝫ solutio ad alia duo sequētia. Ad illud qd̃ obijcit ꝙ bonũ ē diffusiuũ sui. dõm ꝙ est loq̃ de diffusione boni simpliciter ꝛ boni gratuiti. Si loq̃mur de diffusione boni simplr. ad tot se extendit rõ boni ad qd̃ ꝛ veri. qꝛ vtrũq̃ ↄuertit cũ ente ꝛ in omnibꝰ entibꝰ. Si aũt de diffusione boni gratuiti nõ est veꝝ qꝛ multi sunt q̃ idonei sunt ad capiendã intelligentiã. q̃ m idonei nõ sunt ad capiēdaꝫ grãm. Ad illud qd̃ obijcit ꝙ nõ debēt eis dari bona dõm ꝙ donatio duplicit pōt accipi. ꝓprie ꝛ cõit. Proprie donũ dr qd̃ simplr aliũde est. cuiusmodi sunt gratie infuse siue dona infusa. ꝛ talis est gratia gratũ faciens vel ad eã habilitãs. Alio mõ dr donũ qd̃ est p adiutoriũ diuinũ. nihilominꝰ tñ p acq̃sitionē nostrã. ꝛ illo mõ dr proprie donũ. sꝫ habitu respectu ad bo qd̃ nõ acquirit sine dei adiutorio. ꝛ hoc mõ deꝰ dat dona bonis ꝛ malis. Quia enĩ deꝰ dedit lumē dignitatis ab initio. qd̃ poterat ad inq̃sitionē multoꝝ scibiliũ ꝛ i͡ꝫ enĩ nõ subtrahit qd̃ dedit. nec etiã ↄseruationē. cũ talia possint stare cũ peccato mortali. ꝛ ideo q̃ habet p̄mũ donũ pōt multiplicare. etiã reprobꝰ tñ. ꝛ deꝰ dr docere non inspirando siue infundendo. sed cooperando lumini dato.

53

54

55

56

57

z cõseruando illud. Exemplū huiꝰ est. deꝰ dedit frumē-
tum auaro. z dedit terrā potentē fructificare cū recol-
ligit multū de blado de bona terra deꝰ dat. sz nõ ita sic si
ipse sterilē terrā sine actu semis faceret fructificare hoc
enī ꝓprie esset donū. ꝑmo modo solū large. sic deꝰ dat do-
na bonis z malis. z demonibꝰ z hominibꝰ. q̄uis ipsis hec
ipsa in mala puertant. Ad ea aūt que obiciunt ad
oppositū. dōm ꝙ intelliguntꝰ de iudicio speculatiuo. ta-
men de illo nō est intelligenda ꝙ magis vigeat i malis
q̄ in bonis. vel etiā tm̄ sicut an lapsum. qꝛ reuera q̄-
uis multa clare cognoscāt. maxime illa quoꝝ cognitio
est eis innata. rōne q̄ dicit Dionyꝰ. ꝙ hnt sibi data in-
tegra. tñ in multis errāt z fallunt illi nephandi spūs.
qꝛ ꝑsumptuosi z curiosi sunt z ideo frequenter iudicāt
de his que eoꝝ iudicio nō subsunt. z ideo a veritatis
tramite in errorem labunt. Et sic patent oīa obiecta.

Questio II b

Utrū in demonibꝰ cadat obliuio circa pterita. Et ꝙ sic
videt. nulꝰ de sapiēte fit stultꝰ nisi aliqd obliuiscat. de-
mones aūt de sapiētibꝰ facti sunt stulti. maxie lucifer.
de quo Ezech. xxviij. cu plenꝰ sapia. Et de q̄ Eccl. iiij.
Melior est puer sapiēs rege sene z stulto. Glo. expo-
nit de lucifero siue diabolo. g̃ zc. Itē gr̄a reparat re-
format totā imaginē. g̃ z pctm̄ deformat. sz reformatio
memorie z corruptio eꝑ obliuionē. g̃ videt ꝙ pctm̄ in
vim memoratiuā inducat in angelis obliuionē. Itē
intelligere z memorari ipoꝝ demonū est cū variatione
g̃ in tpe. sz oē qd mēsurat a tpe senescit z tēdit ad cor-
ruptionē. qꝛ tps facit distare qd est. vt dr̄ ī ꝑhus. vñ
est ꝑncipiū corruptiōis ꝑ se. g̃ cū corruptio circa vim
memoratiuā sit tm̄ ꝑ obliuionē. patet zc. Itē sicut se
habet intelligētia ad errorē. ita memoria ad obliuionē
sz i intelligētia angeli cadit deceptio. z in volūtate obli-
quatio. g̃ in memoria cadit obliuio. Itē opposita na-
ta sunt fieri circa idē. sz memoria angeli potest ꝓficere
addiscēdo. g̃ pari rōne deficere obliuiscēdo. cū statꝰ ille
sit magis aptꝰ ad defectū q̄ ad ꝓfectū. Itē mēte hu-
mana solꝰ deꝰ supior est sic vult Augꝰ. sz cōtingit ī mē-
tem nostrā cadere obliuionē. g̃ sic par est angelice. mul-
to fortiꝰ in mēte demonū. Oꝫ aūt in mēte nr̄a cadat ob-
liuio eoꝝ. ꝓ ad supiorē ptē. ꝑz. qꝛ Augꝰ. dicit ꝙ eoꝝ
cognitio q̄ spectāt ad diuinitatē est supioris ptis. sz fre-
quēter taliū obliuiscimur. g̃ zc. Sz ꝯ. qd est naturale.
est indelebile. sz spēs existētes in angelica memoria sūt
ei innate z ꝯcreate. g̃ sunt indelebiles. sz g̃ obliuio venit
ꝑ deletionē spēꝝ. ꝑz zc. Itē oē qd recipit in aliq̄
est ibi ꝑ modū recipiētis. g̃ spēs q̄ est in angelica memo-
ria est ibi ꝑ modū recipiētis. sz memoria angelica est i-
corruptibilis nec depēdet a corruptibili. nec quāti ad
subam. nec quantū ad opationē. nec ꝑ se nec ꝑ accñs.
g̃ spēs q̄ ibi recipit est simplr̄ icorruptibilis. Itē h̄
videt a minori. Uertibilior est volūtas q̄ aliqua inte-
rioꝝ potentiaꝝ. sz culpa q̄ adheret voluntati adheret
vertibiliter. g̃ multo fortiꝰ spēs q̄ est in memoria est in
ea indelebilr̄. sz g̃ obliuio est ꝓpter deletionē spēi. ꝑz
zc. Itē oē qd corrūpit. aut corrūpit qꝛ h̄z ꝯriū. aut
qꝛ est ex ꝯrariis. aut qꝛ est in aliquo qd habet ꝯrariū
vel ex ꝯrariis. Hec scripta est a ꝑho in li. de mor. z vi-
ta. sz spēs exñs in memoria demonis nullo ꝑdictoꝝ
modoꝝ est corruptibilis. g̃ zc. Itē ꝑhus dicit ꝙ vir-
tus sensitiua nō senescit. q̄ tm̄ est de se. sz solū rōe organi
Uñ in ꝑmo de aīa dicit. Si ꝑsbyter vel senex acciperet
oculū pueri. videret vtiqꝫ sicut videt puer. g̃ cū virtꝰ
memoratiua ipsiꝰ demonis nō ꝑdeat ex organo. non
senescit nec lassat in opando. g̃ nec ī recipiēdo spēs. q̄

ita vt videt nec obliuiscit. Rñ. dōm ꝙ actū memorie 58
cōtingit accipe. z ꝑ modū habitꝰ. z iste ē retinere spēm
Et esse hꝫ ꝑ modū actus. qꝛ cōtinue tenet. z dic̄ magis
statū siue cōsummationē q̄ actionē. Est z aliꝰ actꝰ me-
morie q̄ est meminisse siue recordari. Primus q̄dē actꝰ
naturalis est z non subest voluntati nec penes illū at-
tenditur meritū vl̄ demeritū. Secūdꝰ vero actus po-
test ordinari ad bonū z eiꝰ oppositū. s. ad malū. Scdm 59
hunc duplicē modū distinguendū est in obliuiōe. Nā
si dicatur obliuio ꝑ oppositionē ad retentione speciei. sic
est deletio speciei de memoria. Si autē dicat ꝑ opposi-
tum ad recordationē. sic dicit de obliuiscētione q̄tum ad
istū actū qui est meminisse. z hoc potest esse bonum. s.
cū obliuiscimur maloꝝ illatoꝝ nobis. z malū cū obli-
uiscimur beneficioꝝ nob a deo collatoꝝ. vel obliuisci-
mur eoꝝ que nobis essent expedienda ad salutē. Con-
tra. qd dicit Deut. iiij. Caue ne vnq̄ obliuiscaris dñi
dei tui zc. Si igit loquamur de obliuione ꝑmo modo
sic dico ꝙ non cadit in demonibꝰ. nulla eñ est ī eis de-
letio speciei. Si secundo mō sic dico ꝙ cadit. imo ceci-
dit magna obliuio. quia obliti sunt sue salutis. obliti
bñficioꝝ dei. qꝛ cū ꝯuertunt ad mala. inhabiles fiunt
ad recolendū bona. h̄ modo ꝯcedo ꝙ obliti sunt. et sic
ꝓcedunt due ꝑme rōnes. Prima que sumpta est a
stulticia. Secūda q̄ sumpta est ab imagine deformata.
nā ꝓcedunt hac via Ad illud qd obicit ꝙ intellige- 60
re cadit in tpe. dōm ꝙ cadit in tpe extenso noie tempis
nō put est motꝰ ꝑmi mobilis mēsura. qꝛ nec demonū
esse nec intelligere pēdet ex illo. Tñ alit potest dici. ꝙ
q̄uis actꝰ vt actus cadat sub tpe vel in tpe. nō tn̄ actꝰ
vt habitꝰ. qꝛ habet modū quietis. nec habet variati-
onem. z ideo sicut suba demonū nec corrūpit nec sene-
scit in tpe. nec habitꝰ. ita etiā nec actꝰ vt habitꝰ. z talis
est retentio speciei. z ꝑ hoc patet aliud ꝙ nō est sile de
intelligere z obliuisci. qꝛ intelligere nō tm̄ est actꝰ na-
turalis q̄ etiā cōformabilis voluntati. z sic errare. sed
spēm tenere vel amittere est ex potentia vel impotentia
naturali. Prima rō illa nō valet. qꝛ cū memoria habe- 61
at naturā specularē siue speculi. intelligētia naturā lu-
minosam siue luminis. z angelꝰ plꝰ h̄z d natura speculi
de potētia recipiēdi q̄ de natura luminis. ille eñ ī solo do
est potissime vel ī his q̄ sunt deiformes ꝑ gliam. ideo nō
valet nec est sile. Magis eñ ꝑtinet tenēdo spem q̄ in re-
cte iudicādo aliq̄ eñ sunt supra iudiciū angeli. non sic
est de retētiōe spei. Ad illud qd obicit ꝙ opposita na- 62
ta sunt fieri circa idē. Uez ē nisi alterū naturalit insit.
z natura angli possibil est ad receptiōez ꝑ naturā. ad ele-
ctionē vo mūne Ad illud qd obicit ꝙ solꝰ deꝰ est ma- 63
ior mēte hūana. dōm ꝙ vez est q̄tū ad rōnē ꝓficiendi.
eñ q̄ mēs hūana ex ꝯiunctiōe cū corpe terrestri aliq̄s
ꝯtrahit ꝓprietates z defectꝰ de ꝑmētes. q̄tū ad h̄ est in-
ferior mēte angelica. z ideo sic mēs hūana ipedit ab actu
h̄ ꝯsiderationē ꝓpt depssionē corpis. ita etiā cōpellitur
obliuisci. intellectꝰ aūt angelicꝰ spē in actu itelligendi
z ideo nō est mirū si memoria ꝑ esti actu ꝯseruandi. et sic
patent obiecta.

Questio III f

Utrū in demonibꝰ sit ꝑcognitio q̄ ad futura. Et ꝙ sic
videt ꝑ illos qꝛ astronomi z mathematici ꝑ cursū astro-
rū ꝑcognoscūt z dicūt mlta futura. z videmꝰ ꝙ i mltis
ea dicut. g̃ si maior ē intelligētia z cognitio i demōibꝰ.
videt zc. Itē h̄ ondit ab effectu. qꝛ isti magi z diuini
ꝑ pacta cū demonibꝰ mlta ꝑa pdicūt. z nō pnt nisi ꝑ re-
uelationē demonū. g̃ videt ꝙ ipsi futura ꝑcognoscūt.
Itē videt h̄ a minori. qꝛ intellectꝰ agēs in somnis z ī

extasi multa de futuris puidet. sicut patet. quia frequenter somniamus qd euenit nob post longa tpa. sz demões sunt omnino abstracti a sensibus. ergo etc. ¶ Item rõe videtur. quia sicut qd a mõ est oia. qz i ea est q̃ est oia fieri. quantũ est ex pte itellectus passibil'. z quantũ est ex pte itellect' agẽtis ẽ in ea q̃ est oia facere. g si itellect' agẽs esset liber. vel passibilis fdu ctus ad actũ p agentẽ. tũc nõ solũ esset i potẽtia ad cognoscendũ futura. sz etiã in actu. z hic est i demonibus q creati sunt i actualitate plene cognitiõis. z qz itellect' agẽs est liber a corpe. g etc. ¶ Sz õ. quia nõ pscũt futura ptingẽtia videtur quãto aliqd magis est prius alicui. tanto certi' est ei. sz volũtas vniuscuiusqz sibi pntior est q̃ aliis. g certior est sibi qd velle debeat q̃ aliis. sz null' certitudinalit' scit qd debeat cras velle vel cogitare. g null' omnin' nec alia creatura quãtũ est de se põt pscire. ¶ Item ois cognitio creature pẽdet a re scita. qz scibile nõ se habz i cõparatiõe ad scientẽ creatũ p modũ passibilis. sz potius p modũ actual' z motiui. sz nulla cognitio pẽdens a cognoscibili põt esse certa de re icerta. sz futura ptingẽtia res incerta. g nõ põt certitudinalit' ab ãgelo cognosci. ¶ Item si cognoscit futura. aut g scia acqsita. aut innata. Si acqsita sz hec icipit ab extrinseca rei qz a re ipa generatur i cognoscẽte. cũ g res nõdũ sit nõ põt cognitionẽ ei' acqrere. Si innata. g nõ põt ignorare aliq eoz q̃ futura sunt. g pscitur casum suũ antequã caderet. qd sup improbatũ est tanq̃ ipossibile. g etc. ¶ Item si pscit futura. g scit qn debeat vincere. vel vinci ab eo quẽ tẽptat. g cũ ipe refugiat victoriã bonoz nunq̃ tẽptaret nisi illos q̃s pscit sibi succũbere. sz alios tẽptat. sic patet in Job. ergo etc.

64 ¶ R̃c'. dõm q futuroz ẽ triplex gen'. Quedã em sunt futura q̃ hñt cãm determinatã z infallibilẽ. vtpote sũt illa q̃ attẽdunt circa motũ corpoz supioz. in q̃b' est determinatio z ois ipedimẽti remotio. talia pñt certitudinalit' sciri nõ solũ a deo. sz z a creatura. z h'i sua causa. sic tpa eclipsis z psimiliũ. Quedaz sunt q̃ hñt cãm determinata sz tñ fallibilẽ. vtpote sunt illa q̃ sunt fm iferioz natura. Que iõ hñt cãm determinatã qz intẽtio nature mouet determinate ad vnũ. Jõ tñ fallibilẽ. quia multipliciter põt occurrere ipedimentũ. vtpote ager seminat' si terra pinguis ẽ z bona. dispositio superioz corpoz afferet pinguẽ fructũ. z ista pñt q̃dãmõ sciri et psciri. nõ tñ a deo. sz etiã a creatura q̃ nouit nãas rez supioz z inferioz. nõ tñ ita certitudinaliter sic pdicta. Quedã aũt sunt q̃ hñt cãm indeterminatã z fallibilem sic sunt ea q̃ sunt a volũtate nr̃a. q̃ indeterminata est, p pter h' q est ad opposita. Fallibilis etiã. qz pñt etiã valenti pficere occurrere multa ipedimẽta. z talia nõ pñt certitudinalit' sciri ab aliq creatura i se ipa. sz solũ a deo vel p reuelationẽ diuinã. Rõ aũt h' ista est. qz cognitio creature pẽdet ex re. qñ igit' res icerta est. z in se z i sua cã. iõ creatura nõ põt certitudinalit' illam noscere aut pscire. Diuina aũt cognitio nõ pẽdet a re aliq. immo oia q̃ nouit. fm modũ sue vitatis nouit. z qz vitas sua est certissima. certissime cognoscit ptingẽtia vt necessaria. z h' melius explanatũ fuit in pmo libro. z sic certissime nouit. ita pt certitudinalit' demõstrare z reuelare. iõ hec pcognitio futuroz vel dei est vel a deo. z iõ cũ talia pdicunt'. pdictio dr diuinatio. qz tal' est act' diuinus. z qz demones supbi marie desiderãt honorari vt dei. marie conant' oñdere h' i se hre. z iõ dicere q demones p seipsos futura ptingẽtia psciant certitudinalit'. hoc est eis attribuere qd dei est. iõ est ibi infidelitas. z infidelitati frequẽter annexa idolatria. iõ diuinatio ẽ

65 phibita. Quãuis em demones nõ possint p seipsos futura cõtingentia scire certitudinaliter. tamẽ frequẽter vera pdicunt. qz euentũ futuroz aliquo mõ psentiunt. Hoc aũt est quadrupliciter sicut dicit Aug'. in. ij. super Gen. ad litam. Aut em sensus. vel ingenij acrimonia. aut multa experientia. aut dolosa cautela. aut aliena doctrina. Sensus acrimonia vt qñ videt diligenter z psiderãt ad qd inclinet' affectio nostra. vel que sint iducentia vel retrahẽtia. Experiẽtia tempoz. qz ex talibus videt accidere talia. Dolosa cautela. qñ proponit aliqd facere. z pdicit quasi alia sit factur'. Aliena doctrina. qñ iusto dei iudicio pmittit' addiscere ab angel'. Et sic patet q demones futura cõtingentia z si pñt pbabiliter psentire. nõ possunt tñ certitudinalit' pscire. sicut ondunt rõnes ad hoc inducte.

66 Ad illud qd obicitur de astronomis siue mathematicis q dicunt frequẽter vera. dõm q hoc solũ est piecturãdo. siue fm legem astroz. siue fm diabolica cõmercia. Scdm legem astroz. vtpote qñ dñat' stella q̃ habet impressionẽ sup diuersos humores. disponit fm hoc hoĩem ad diuersos mores z affectiões. Scdm diabolica cõmercia. vt qñ volũt vt astroz vltra pcedere q̃ ad illud sup quod posiunt. tũc em nisi diabol' adesset. ita frequẽter falsũ sicut vez diceret. nũc aũt eũ tuto auxilio demonum frequẽter falsa pdicunt z decipiunt'. Sz tãta est demonũ astutia q ita sciũt occultare fraudẽ suã vt oñdant errorem siue defectũ fuisse in astronomo psiderãte. nõ in arte aut diabolo assistẽte. Jn hoc igit' stat error eius. q astronomi de ptingentib' habẽtib' causam fallibilẽ z indeterminatã nõ pscũt vera. nisi ex cõiectura. z diabol' ex maiori cõiectura illa psentit. nõ tñ certitudinalit' pscit

67 Ad illud qd obicit' de magis z diuinis q dicũt vera. dõm q vez est. sz cũ aliqñ dicãt falsa. patet q potius dicũt vez casualiter q̃ certitudinalit'. cõiectura poti' q̃ scia. Qui em semel dicit futuz in v'bo dñi z nõ euenit sicut in lege dr. somniator est. z nõ pba dñi. z iõ pcipitur occidi.

68 Ad illud qd obicit' de somnijs in q̃b' preuident' futura. dõm q q̃cqd de h' senserint phi. q̃z positiones longũ ẽ retexere. qd de eis dicit sacra scriptura indubitãter est tenendũ. Reprehẽdit em eos q psidẽtiã habẽt in somnijs. Vñ Eccl. xxxiiij. sic pturiẽtis cor tuum fantasias patit'. nisi ab altissimo fuerit missa visitatio. iõ intelligendũ est q q̃nqz de causis fiũt somnia. Quedã ptingũt ex dispositiõe corpis. Quedã ex sollicitudine mẽtis. Quedã ex illusione diabolica. Quedã ex reuelatiõe angelica. Quedã ex visitatiõe diuina. Prima duo somnia sunt psagia futuroz q̃ habẽt causam i nob. vt somnia q̃ ptingũt ex causis corpis sunt signa infirmitatis. Somnia q̃ ptingũt ex solicitudine mentis sunt signa eoz ad q̃ facienda vel desiderãda nr̃a inclinat' affectio. Alioz vo nõ sunt signa de se itrosi ad alia applicent'. poti' prebẽt occasionẽ errãdi q̃ pscićdi. Somnia q̃ sunt a diabolica illusione null' sunt roboris. sic nec diuinationes aucupiciũ. Somnia vo que sunt ab angelis bonis. aut a deo sunt in nobis signa. sunt v'a. z ita ex hoc nõ habet' q pcognitio futuroz ptingentiũ aliter habeat' q̃ a deo. nisi p aliquã piecturã.

69 Ad illud quod obicit' q anima q̃dãmodo est omnia. dicẽdum q intellect' agens nõ est ens actu plene respectu omniũ. quia nõ est plene agens. ideo indiget iuuari a cognoscibili ad hoc q fiat in actu. vel a deo. qui est omnino actus respectu omniũ entiũ veroz. z quia futurum cõtingens non habet esse nisi indeterminatum. iõ nõ potest intellectũ iuuare ad certitudinalẽ cognitio-

70 nem habenda de se. Ad illud ergo qd obicit' q agẽs est in actu respectu omniũ ad que possibile est in potẽtia. soluendũ est p interemptionẽ. nõ solũ in hominib'

verū etiā in angelis. Quedā eī sunt adq̄ tā agens q̄ possibilis est i potēs q̄ sunt supra posse creature. vn̄ illa ꝓpositio non hȝ veritatē nisi de his eī q̄ sunt infra posse intellect⁹ creati. respectu quoꝝ hȝ intellect⁹ sc. et in ratiōe agentis ꝛ possibilis. nō aūt respectu eoꝝ que sunt supra. ꝛ sic patet illud.

Consequēter q̄rit de scdo articulo. s. de ꝟtute demonū. De qua tria q̄runt. P̄mū est ꝛ pambulū verū oīs forme inductio sit a creatore. an aliq̄ sit ab agēte creato. Secūdū est vtr̄ veraꝝ formarū inductio sit a spū maligno. Tertiū est vtr̄ ministerio demonū possit quis vti in hmōi opib⁹ sine peccato.

Questio I k

Utrū oīs forme inductio sit a creatore. an q̄ agēs particulare sine creatū possit aliquā inducere. Et q̄ oīs sit a creatore videt̄ p̄mo autoritate dn̄i in Joh̄e. P̄r meus vsq̄ mō opat̄ ꝛ ego operor. sȝ si res pducerent̄ q̄tū ad formā a natura nō ꝓpter hoc diceret de⁹ vsq̄ mō opari. ḡ videt̄ q̄ oīs forma sit ab ipso. Itē rōe videt̄ nobili⁹ pncipiū est forma q̄ materia. ꝛ mag̃ dicit q̄d diuinū. ḡ cū natura nō possit in min⁹ q̄ nō pōt in pductionē materie. imo est a sola creatiōe. multo forti⁹ videtur de forma. Itē pncipia reꝝ sunt incorruptibilia. vt vult ph̄s. ḡ tā materia q̄ forma. sȝ incorruptibile est ingenerabile. ḡ tā materia q̄ forma est ingenerabilis. ḡ si producit̄ in esse. hoc nō erit a natura. sȝ solū p creationem. Itē oīs actio creature terminat̄ ad hoc aliq̄d. sȝ forma nō est hoc aliq̄d. ḡ nō terminat̄ ad formā. ḡ cū productio naturalis ad illud terminet̄ q̄d pducit̄ p naturam impossibile est formā pduci ab agēte creato. Nec materiā hoc cōstat. ꝛ oē q̄d pducit̄ p aliq̄d hoc pducit̄. ergo nibil. Itē cū pducit̄ forma. aut ex aliquo. aut ex nihilo. Si ex aliquo. sȝ omne q̄d est ex aliquo hȝ aliq̄d sui ꝯstitutiuū tāq̄ pncipiū intrinsecū. ḡ forma est composita ex materia ꝛ forma. q̄d absurdū est. Si ex nihilo. sȝ oē q̄d ex nihilo creat̄. est a creatore. ḡ nulla forma est ab agēte creato. Itē cū forma est in potētia materie. aut est in potētia in qua. aut a qua. aut ex q̄. Nō ex qua hoc ꝓbatū est. cū forma nō habeat materiale pncipium ex q̄ ꝯstet. imo sit in simplici essentia ꝯsistens. ḡ in qua vel a qua. Nō a q̄. q̄ materie nō est agere. ḡ solum in potētia vt in q̄. sȝ forma q̄ solū est in potētia vt in qua. totaliter est ab extrinseco. ꝛ nulla talis forma ē naturalis vel a natura. ḡ nullū agens creatū pōt naturalē formā pducere. Cōtra. Oīs res siē vult Damas. ꝛ ph̄s hȝ ꝓpriā opationē. aliodn̄ aliq̄d esset ociosū ī natura. sȝ oīs opatio boni alicui⁹ est opatrix. aliodn̄ est frustra. ḡ videt̄ q̄ oīs res aliq̄d possit pducere. siue opari ad alicui⁹ pductionē. aut ḡ materie. aut forme. nō materie. ḡ forme. Itē vni⁹ corruptio est ꝯrij generatio. nūq̄ eī abijcit̄ frig⁹ nisi p introductionē caloris. nec ecōuerso. sȝ ꝯstat q̄ agens creatū pōt abijcere ꝛ corrumpere ꝯtratiū. ḡ pōt se vel silem sibi inducere. Itē certū est q̄ calidū calefacit. q̄d hoc nō nouit indiget sensu. ḡ calor ignis generat calorē. ḡ pari rōne q̄ calidū generat calidū. ignis generat ignē. cū nō sit minoris ꝟtutis. Itē certū est q̄ obiectū generat sibi similitudinē in speculo. q̄d patet si obiectū amouear nullo mō resultabit ibi silitudo. ḡ pari rōne si adsit materia disposita agēs pōt generare sibi silem ī natura ḡ ꝛc. R⁹. dōm

71

ad hoc q̄ de eductiōe forme in esse q̄druplex fuit positio. Quidā eī posuerūt latitationē formaꝝ. sic imponit̄ anaxagore. Et illud pōt dupl'r intelligi. Aut q̄ ipse poneret formā actualit̄ existere in materia sȝ nō apparere extrinsec⁹. sic pictura opta pāno. ꝛ iste mod⁹ impossibilis est oīno. q̄ sic ꝯtraria simul ponerent̄ in eodem. Alio mō pōt intelligi sic. vt essentie formaꝝ sint in materia i potētia. nō solū latētes. sȝ entes in potētia. vt materia habeat in se seminales oīm ꝟtutū formaꝝ rōnes sibi a p̄maria ꝯditiōe inditas. ꝛ illud ꝯcordat et p̄ite sacre scripture. ꝛ p actionē agētis educerent̄ in actum sȝ hic intellect⁹ nō fuit hui⁹ positiōis. sȝ p̄mus fuit sm̄ q̄ expositores dicūt. Hec eī positio fuit q̄ agēs particulare nibil agat. sȝ tm̄ detegat. Alia fuit positio q̄rundā modernoꝝ q̄ oēs forme sunt a creatore. Et hec positio pōt dupl'r itelligi. vno mō q̄ de⁹ sit pncipalit̄ agēs ꝛ pducēs in omī rei ꝯditiōe. ꝛ sic hȝ veritatē. vel ita q̄ de⁹ sit tota causa efficiēs. ꝛ agēs particulare nō facit nisi materiā adaptare. vt sic pducit aīam rōnalē ita ꝛ alias formas. ꝛ iste intellect⁹ videt̄ fuisse illoꝝ phoꝝ. Et iste intellect⁹ est ipossibilis. Quia agēs particulare. aut inducit aliq̄d. aut nibil. Et si nibil. ḡ nibil agit. Si aliq̄d inducit ḡ videt̄ q̄ aliquā efficiat dispositionē. sed q̄ ratiōe pōt in vnā. ꝛ in aliā. q̄re ista positio nō est rōnabilis. Tertia positio est q̄ forme naturales fere oēs ad min⁹ corpales. cuiusmodi sunt elemosynates forme ꝛ forme mixtiōis. sunt i potētia materie. ꝛ p actiōs agētis particularis educunt̄ i actū. ꝛ ista ē positio quā vr̄ tenuisse ph̄s. ꝛ mō tenēt cōit̄ doc. i ph̄ia ꝛ theologia. Sȝ hoc duas hȝ vias. Nā q̄dā dicūt q̄ hmōi forme sūt i materia ī potētia receptiua. ꝛ q̄ nō āmō actiua siue cooperatiua. oīa materia ꝛ hȝ possibilitatē ad recipiēdū. ꝛ etiā iclinatiōē ad cooperandū. ꝛ i agēte ē hmōi forma pducēda sic in principio effectiuo ꝛ origīali. q̄ oīs forma p naturā sue speciei recipit ꝟtutē mltiplicādi se. vn̄ inductio forme est ab agēte formā suā mltiplicāte. Et posit exēplū in eāde la. quō vna inflāmat mltas. ꝛ ab vno obiecto relucent multe imagies ī pluribꝫ specul'. ꝛ hmōi forme vt dicit nō hn̄t ex q̄ sint materialit̄ sȝ ex q̄ originalit̄. ꝛ iō dicūt create. nec dicūt̄ eē ex nihilo. Illō eī creatur q̄d nullo mō est sȝ tal' forma sic pducta aliq̄ mō est. tū rōe agētis. tū rōne materie. Alia via ē q̄ forme sunt i potētia materie. nō solū in q̄ ꝛ a qua aliq̄ mō. sȝ etiā ex q̄. ꝛ hoc dicūt nō q̄ ip̄a essentia matie sit ex q̄ res pducit̄ sȝ in ip̄a materia aliq̄d est ꝯcreatū ex q̄ agēs dum agit i ip̄in educit formā. nō inq̄ ex nihilo tanq̄ ex aliquo q̄d sit tāq̄ aliqua ps forme pducende. sȝ q̄ illud pōt esse forma et fit forma. sicut glob⁹ rose fit rosa. Et ista positio ponit q̄ in materia sint ꝟtutes omniū formaꝝ pducendaꝝ naturaliter. ꝛ cū pducit̄ nulla q̄ditas. nulla veritas essentie inducit̄ de nouo. sed datur ei noua dispositio vt q̄d erat in potētia. stat in actu. Differūt eī actus ꝛ potentia. nō quia dicant diuersas quidditates. sed dispositiones diuersas eiusdē. non tamen sunt dispositiōes accidentales sed substantiales. et hoc nō est magnum si est in potētia agentis creati. vt q̄d est vno modo faciat esse alio modo. Et hec positio inter oēs p̄dictas videtur esse intelligibilior ꝛ veritati vicinior. Hāc positionē credo esse tenenda non solū quia eam suadeat ratio. sed etiā quia confirmat autoritas Augustini sup Gen. ad lr̄am ꝛ in magister allegat. q̄ que producuntur a natura. ꝑ rationes seminales producuntur. Quid autē sint rationes seminales videbit̄ infra quando de his erit sermo. Scdm hanc igit̄ positionē sustinēdū q̄ agēs particulare educit formās ꝛ iduc ꝛ res naturales pducit. ꝛ rationes ad hoc inducte sunt concedende. Ad illud ergo quod obijcitur q̄ deus operatur vsq̄ modo. dōm q̄ ꝟꝝ est. quia per se operatur vel cum alijs. ꝛ ideo argumentū non valet de⁹ vsq̄ mō operatur. ergo agens creatum ei non cooperetur.

72

73 Ad illud qđ obijcit φ non potest in materia z. dicendum φ nō est simile. q: materiale principiū nō est in actu vel potentia. tū sit de se potētia. tūc em potētia esset in potentia. ⁊ educeret potentia de potētia. quod nō est intelligibile. secus est in forma vt visum est ⁊ ideo nō est simile. Potest etiā sumi ratio ex parte agentis. quia productio creature cū sit agēs limitatū. est productio silis a simili. sed cōstat φ nihil agit ratiōe materie sz forme ideo magis potest i formā φ in materiā.

74 Ad illud qđ obijcitur φ principia rez sunt incorruptibilia. illud intelligitur in vniuersali. nō in particulari. Vel intelligitur sm essentiā. nō sm formā. ⁊ ideo forma in particulari generatur ⁊ corrumpit. Vel potest dici φ essentia non remanet in potētia post corruptionē sicut ante generationē.

75 Ad illud qđ obijcit φ actio nature ad hoc aliqđ terminat. dicendum φ sic dicit philosophus. ppriē loquēdo forma nō generatur sz cōponit. Cū em producit forma nō producit in se nec p se. sz vt in materia. ⁊ sic facit cōpositū. ⁊ ad illō terminat generatio. nihilominus generatio vel productio naturalis respicit cōpositū principaliter gratia forme.

76 Ad illud qđ obijcit. vtrū ex aliquo aut ex nihilo. dicendū φ sm tertiā positionē forme producuntur ex aliquo. sz nō ex aliquo materialiter vel cōstitutiue. sed ex aliquo originaliter. Vel sm tertiā opinionē fiunt ex aliquo. nō φ ex. dicat partē sz φ dicat cōsubstantialitatē. sicut rosa ex globo. q: globus fit rosa. ⁊ p hoc patet vltimum. Cōcedo em φ forme naturales sunt in materia φtū ad potentiā. ⁊ in qua. ⁊ ex qua. ⁊ a qua. sm predictū modū. Et si tu obijcias φ materia nō agit nec cōstituit. dicendum φ essentia materie solū se habet p modū receptiui. sed seminariū indutū se habet qđammodo p modū actiui. quodā mō p modū passiui. quoniā cooperatur agēti. nihilominus ipm variat ab vna dispositiōe in aliam. vt dictū est. Hec igit est summa positiōis φ agens

77 creatū nullā quidditatē nec substantialē nec accidentalem omnino producit. sed entē sub vna dispositione facit esse sub alia.

Questio II

Utrū verax formax inductio possit esse a spiritu maligno. Et φ sic. videtur. pmo autoritate sacre scripture. Exod. vij. dicit. Fecerūt aūt malefici similiter. sz cōstat φ virga moysi cōuersa fuit in verū draconē. alioqn nō esset verum miraculū. si ergo malefici similiter fecerūt. ⁊ h nō nisi virtute demonū. ergo demones veros serpētes de virgis facere possunt ergo ⁊ veras formas inducere. Itē in glo. habet idē. demones discurrūt p mundū ⁊ subito semina afferūt. sic φ nouas rex spēs producunt. ex hoc patet φ specierū siue formax inductio sit a spiritu maligno. Itē maior est potestas demonū φ hoīm p artificiū. sed hoīes mediāte arte alchimie diuersorū metallox species faciūt ergo multo fortius h demones possūt. Itē qđ subiacet potētie inferiori. subiacet superiori sz potētia demonū p naturā superior est potētia rerū naturaliū. q: dr Job. xl. Nō est potestas sup terrā que ei possit cōparari. si ergo natura inferior veras ⁊ nouas spēs potest inducere ⁊ inducit. ergo ⁊ potentia demonū. Item forme sm seminales rōes latēt in materia. vt habet in lra. et predeterminatū est sup. ⁊ ad hoc φ fiāt in actu nō indigēt nisi extrinseco adiutorio. si ergo diabolus scit modum educēdi. ⁊ posse habet ad adiuuandū. ergo veras formas pōt inducere. Itē ordo vniuersalitat est vt superiora p naturā influāt in inferiora. sicut patz φ celestia influūt in hec inferiora. sz spūalia multo sunt superiora respectu corpaliū φ corpalia respectu corpaliū. ergo si corpale adeo pōt influere in corpale φ sua influentia ⁊ virtute ⁊ actiōe educit formā de potētia in actū sic potentiā in actiōe elemētox φ corpox celestiū. ergo multo fortius pōt h spūs siue bonus siue malus. Cōtra. Exo. vij. Absorbuit virga moysi virgas magox qđ exponēs Augus. ⁊ hr in glo. Moysi virga absorbuit virgas n dracones Absorbere em potuit qđ erāt. nō qđ nō erāt. ergo virge q videbant vise in dracones erāt virge. nō verse i serpētes. si ergo demones tūc opati sunt ideo excellēter vt potuerunt videt φ spēs rex nō possint vere trāsmutare aut educere. Itē ij. Thes. ij. dr φ manifestatio antixpi erit i signis ⁊ prodigijs mēdacibus sm opationē sathane. si ergo mēdacia erūt prodigia ⁊ signa. ergo nō vere faciet qđ videbit facere. sz tūc maxime opabit diabolus sm posse suū. ergo non potest veras formas inducere. Itē sup illud. Immissiones p angelos malos. glo. Aug. Ea q mirabilit in creaturis fiūt. attribuere malis angelis nō audem. sz subito de virgis facere veros serpētes est miraculū. q: contra solitū cursum nature. ergo h nō potest malus angelus. Itē ratiōe videt hipm sic. Omne qđ dat alteri spēm ⁊ actū est ens actu respectu eius qđ dat. h probat phs ⁊ dicit i. vij. prime phie. nihil em dat qđ nō hz. sz angelus malus nec genere nec spē cōuenit cū istis rebus corpalibus. ergo non potest eis formas ⁊ spēs dare. Itē in productiōe siue i trāsmutatione rex naturaliū angelus opat. aut ergo naturalit. aut artificialit. Si naturalit. cū natura sit vis insita rebus. silia ex silibus percās. tūc faceret anglos. Si artificialiter. sz qđ est ab opante artificialit. est artificiatū ergo forme qs inducit sunt artificiales. sz asinus artificialis nō est asinus vere sz equoce. ⁊ silr manus ⁊ cōsilia. ergo nunφ inducit veras formas. Itē si inducit veras formas. ergo facit vera miracula. ergo miracula nō attestant potentie diuine. ergo non sunt in robur fidei xpiane. Si dicas φ differt ab istis. q̄rit quō differat ⁊ quō pnt discerni. Resp. Ad predictorū intelligentiā est notandū. φ qn q̄rit vtrū demon possit inducere veras formas. aut trāsmutare de forma i formā. non est q̄stio de forma artificiali. q: planū est φ pōt facere imagines ⁊ figuras sic hō. sz de formis naturalibus vtrū scz possit verū serpentē ⁊ verā ranā producere ⁊ sic de alijs. Ad hāc q̄stionē rñdendū est p distinctionē. q̄m φ demon formam inducat dupliciter pōt intelligi. Aut φ virtute ppria. aut φ virtute aliena. Si intelligat φ inducat virtute ppria. sic absqz dubio falsum est. ⁊ h dicit Augus. Si intelligat φ virtute aliena. scz p virtutē rerū naturaliū quā cōiungit ad inuicē. sic potest. sicut est exemplum in agricola qui segetes mediāte semine iacto. et terra germinante. ⁊ aqua irrigante fructificare facit. ⁊ hoc est virtute aliena. virtute autē propria generat sibi similem. Et ratio huius est. q: forma naturalis nō producitur nisi a cōditore nature. ⁊ ideo rem naturalē virtute sibi indita producit. sz opando in agricultura opat vt artifex. ⁊ ideo naturā pōt expedire ⁊ adiuuare. sz rem nature nō potest producere. Dicendū igit φ spiritus maligni possunt formas artificiales inducere p virtutē ppriam. ⁊ formas naturales p virtutē alienā. p ppriaz aūt nō possunt. ⁊ cā huius est. q: opat p modū artis in h ⁊ nō p modū nature. Unī sic natura nō producit formā artificialem. sic nec ars formā naturalē. Si q̄rat rō h. dico φ est limitatio potētie agentis ad talē ⁊ talem effectū sm dispositionē dei ⁊ primariā ordinationem causarum.

78 Rursus si queras rationē quare deus sic disposuit dico φ ordo sapientie hoc requirit. Cum em sit triplex agens. scilicet deus. natura. ⁊ intelligentia. ista sunt agentia ordinata. ita φ primum presupponitur a secundo. ⁊ secundum presupponitur a tertio. Deus enim operatur ex nihilo. natura vero non facit ex nihilo. sed ex

triplex agens

entem potētia· ars supponit operationē nature ⁊ ope
ratur sup ens cōpletū· nō eñ facit lapides· sed de niuum
te lapidib᷒· Un̄ sicut natura nō potest anticipare ope
rationē dei que est de nihilo pducere· sic nec ars opera
tionē nature· Sed tūc queres quare nō est econuerso·
vt ars p̄cedat naturā· dicendū q; opatio naturalis per
naturā prius est in eodē q̄ȝ operatio artis. Et p̄terea
rea est alia ratio· Quia agens p naturā pducit sibi si
mile fm virtutē· sed agens fm artē simile solū fm speci
em· vel ideam· vel exemplar· q: ergo in pductiōe rei na
turalis siue forme naturalis agēs aliquid impartit̃ pas/
so· ⁊ nihil impartit̃ aliquid nisi id respectu cui᷒ est in
actu fm virtutē· ideo formas illas de potētia in actum
educere nō potest· nisi qd̄ agit p modū nature· In ar/
tificialib᷒ aūt nihil impartit̃ agens passo· sed aufert vł
mutat fm locū· sicut patet in forma cōpositionis et fi/
gura incisionis· ⁊ hinc est q; agens p artē non potest p
virtutē ꝓpriam formas naturales pducere· nisi ille so/
lus qui est act᷒ plenus ⁊ pfect᷒ respectu omniū tam in
cognoscēdo q̄ȝ in opando scȝ solus deus· Dicam᷒ ergo
beat᷒ q; has formas de quib᷒ loquit̃ demones possunt
vere trāsmutare· nō tamē virtute sua sed nature· vnde
mīsunt ministri nō p̄ncipales agētes· quia si essent p̄n
cipales agētes· cū non pducant p cōsequens· nomine
⁊ specie producerēt sicut creator· ⁊ ita essent creatores·
qd̄ Aug᷒· expresse negat· Unde tres ratiōes p̄me verū
cōcludunt· q; nō probāt q; faciant virtute sua sed vir
79 tute seminū adductorū· Ad illud qd̄ obijcit̃ q; virtu
te propria q; potētia tota est excellentior· dicendū q; il/
la ꝓpositio nō habet veritatē nisi de virtute que p om/
nē modū est supior· vel si in alijs habet locū· oportet in
telligi in his ad que vtraqȝ virt᷒ habet similiter ordi/
nem· aliter patet esse falsum· homo eñ potētior est asi/
no· nō eñ potest generare asinū sicut asinus facit· quia
virtus ei᷒ nō est ad hoc· similiter intellige in proposi/
80 to· Ad illud qd̄ obijcitur q; forme sunt ī materia se/
minaliter· dōm q; illa ratio seminalis valde remota ē
ab actu cōpleto· nec potest ad actū reduci nisi mīta ad/
minicula habeat· ex quoꝝ influētia sibi ⁊ nature sue
cōueniente pficiat quousqȝ ad actū pueniat· talis non
est influētia spirit᷒ ꝓpter discōueniētiā in forma ⁊ na
81 tura· influere eñ potest ad motū localē ⁊ regimē· nō ad
generationē· Ad illud qd̄ obijcit̃ q; spiritualia influ
ant in corpalia· ⁊ supiora in inferiora· dōm q; influunt
fm proportionē vni᷒ ad alterū· ⁊ fm q; cōpetit nature
suscipientis· Aliter eñ influit sol· aliter angel᷒· Sol po
test influere corpalem ꝓprietatē cōmunicādo scȝ lucē et
calorē· angel᷒ nō sic potest influere in corpalia· sȝ soluȝ
localiter mutādo· nō ad formā· sed ad situ· cū nō habe/
82 at cōuenientiā in forma ⁊ natura. Ad illud qd̄ obij
citur q; nihil vere faciūt p virgas magoꝝ· dicendū q;
veritas est q; glose videnf̃ sibi obuiare ibidē· verūtamē
hoc magis sonat q; veros serpētes fecerūt· ⁊ denomi/
nant ibi serpētes a materia p̄existente· sicut serpentem
moysi vocat virgā· licet verus esset serpēs· sic ⁊ de alijs
83 intelligendū· Ad illud qd̄ obijcit̃ q; antichrist᷒ faci/
et signa mendacia· dōm q; illud intelligit̃ nō quia non
faciet aliqua signa veracia fm transmutationē forma/
rum· sed nō veracia habendo aspectū ad finē suū ad in/
tentionē· quia ad hoc faciet vt mendaciū ⁊ falsum per
84 suadeat· Ad illud qd̄ obijcit̃ de glo· Aug᷒· dicendū·
q; Aug᷒· nō negat quin aliquid possit demonib᷒ attri/
bui· sed q; nō omia sunt eis attribuēda· immo quedā at
tribuunt̃ bonis angelis· Ad duas sequentes ratio/
85 nes nō oportet respōdere· verū eñ cōcludunt· scȝ q; an

gel᷒ ꝓpria virtute nō potest formas naturales trās/
mutare siue inducere vel adducere de potētia in actum
86 Ad illud quod vltimo obijcitur· si vere educit· vere
facit miracula· ergo miracula nō sunt efficacia nostre
fidei testimonia· dicēdū ad hoc q; ⁊ si sint vera opa· nō
tamen sunt vera miracula· quoniā miracula nō sunt p
vim nature· sed p vim supra naturā que est agentis p
mi· sunt eñ supra facultatē nature· ⁊ ideo arcitant̃ om
nipotētie facientis· sed opa que faciūt demones· ⁊ si mi
racula videant̃· quia fiūt in tpe non perceptibili· nō ta
men sunt vera miracula· quia fiūt vi nature· Etiamē
si obijcias q; natura nō potest ita cito opari· dicenduȝ
q; verū est de hac natura p se· sed aliter potest esse adiu
ta ⁊ confirta reb᷒ conuenientib᷒ vt quasi repente ꝓrum
pat in effectū· sicut patet de generatiōe ranarū quas de
87 quibusdā folijs in modico tpe nasci cōtingit· Si au
tem queras quō discernant̃ hmōi miracula· dicenduȝ
q; ⁊ si cōueniāt in materia differūt tamē ex pte p̄ncipa
lis agentis· ex pte ministri· ex pte finis· ⁊ ex parte facti
Ex pte principalis agētis· nam in miraculis diuinis
operat̃ agens potētie infinite· ⁊ supra naturaȝ· In mi
raculis demonū opat̃ virtus nature multipliciter adiu
ta p naturas alias· Ex pte ministri· Nā miracula fiūt
p publicā iusticiā fm veritatē vel fm apparentiā· Sȝ
miracula demonū fiunt p priuatos cōtractus ⁊ qdam
archana· Et hoc est qd̄ dicit Aug᷒· q; boni faciunt mi
racula p publicā iusticiā· hoc est per fidē verā que vere
iustificat· quā veritas omnib᷒ p̄dicat· Mali christia
ni p signa publice iusticie· quia fidē habent· videnf̃ ha
bere opera· sed magi p priuatos cōtractus· et hoc ē qd̄
dicit in Exodo· p incantatiōes ⁊ archana quedam· hu
ius signū eius· q; ibi sunt tenebrarū opera· quia q̄ male
agit odit lucē· Ex parte finis differunt similiter· quia
miracula dei fiūt ad vtilitatē ⁊ diuinā gloriā· sed mago
rum ad deceptionē ⁊ gloriā vanā ⁊ excellentiā· vn̄ sunt
quasi inutilia· Differūt etiā ex parte facti· quia demo/
nes faciūt huiusmodi vilia ⁊ inutilia· miracula vō di/
uina valde circa necessaria ⁊ vtilia· vnde demones ma
rint e faciūt ranas ⁊ serpētes· quia hec de facili pducun
tur opatiōe nature· ⁊ quia diuino iudicio magis pmit
tunt̃ ad pons facti memoriā· vn̄ sicut deus tēperat po
tentiā ⁊ astutiā diabolicā· vt sic patiat̃ cū puerse vti ea
ri· vt in ipa imitatiōe possit seducere malos iuxta eoꝝ
merita mala· possint etiā cōprehēdi a bonis· ⁊ vt fides
simul cuȝ miraculis habeat locū· Si eñ solus de᷒ ⁊ ei᷒
serui miracula facerent· quis nō credidisset ī deū mira/
culis cōpulsus· nunc aūt ⁊ mali faciunt· ⁊ boni faciūt
qui diuinit᷒ illustrātur· vt inter hos possint discerne
re· per vera miracula adiuuant̃· ⁊ p deū omū miracula
exercentur ⁊ ꝓbantur.

Questio III III

Utrū aliquis possit vti ministerio demonū in facien/
dis hmōi miraculis absqȝ peccato· Et q; non· videtur
Non potest a demonib᷒ requiri cōsilium absqȝ pecca/
to· ergo nō recipi ministeriū sine consiliū· Preterea pba
tur autoritate ⁊ exēplo· Autoritate· q: Leuit̃· xx· p̄cipi
tur occidi q̄ sciscitat̃ magos ⁊ ariolos· Exēplo pbatur
iiij Regū· j· vbi rep̄hendit̃ ⁊ punit̃ rex israel q̄ misit ad
cōsulendū deū acharon· Itē Aug᷒· de doctrina christi
ana dicit diuinatiōes esse dānandas ⁊ fugiēdas· quia
ibi intercidūt pacta demonū· ⁊ ig pl᷒ ē sacre q̄ȝ dicere·
⁊ p ritū nō est sine pactiōib᷒ dānabilib᷒· ergo nec secundū·
Itē diabol᷒ ē dolosus ⁊ pster q; nullū diligit nisi in
malū suū vt ⁊ ipm puertat· ergo si suscipit ob eo obsequiū
cōmittit se discrimini· ⁊ o᷒s talis peccat mortalit̃ ergo ⁊c

¶ Item diabol⁹ est inimicus iesu xp̄i ⁊ dei. ꝗ qui susci/
pit ab eo auxiliū vel facit cōmerciū. cū nulla sit cōuen/
tio xp̄i ad belial. efficit̃ xp̄i inimicus. ſ3 hoc nō potest eē
sine peccato. ergo ⁊c. ¶ Cōtra hoc videtur aucte apo/
stoli. tradebat incorrigibiles sathane in interitum car
nis. sicut patet. j. Cor. v. ꝗ vtebat̃ ministerio demonū
ad implendā iusticiā. ꝗ pari ratiōe potest hō quando
indiget vti ad alia obsequia. ¶ Itē si indigeo elemosy
na. nō em̄ a bono ſ3 a peccatore ⁊ impio possum accipe
⁊ petere. ꝗ si indigeo pane ⁊ vino possum hoc petere a
demonio vt pcuret si nō adest homo q̄ statim tribuat.
¶ Itē a malo seruo potest q̄s exigere seruitiū ⁊ recipe.
ꝗ si quis sanct⁹ diabolū supauit. pōt ei licite imperare
⁊ eius obsequiū in creaturis trāsmutādis accipe. ¶ Itē
esto ꝙ hmōi artes solis caracteribꝫ exerceant̃ sine īuo/
lationibꝫ ⁊ alijs cōmercijs. videt̃ ꝙ ibi nullū sit pecca/
tum. q2 illi caracteres aut habēt aliquā virtutē cōpellē
di demones. aut nullā. Si nullā. ꝗ demones nihil faci
unt. Si aliquā. ſ3 oīs virtus est a deo. ⁊ vti aliquo ad
id qđ est. nō est peccatū. ꝗ videt̃ ꝙ miracula ista demo/
nū possunt exerceri absq3 peccato. ¶ Itē si aliq̄s susci/
piat obsequiū demonū in his que expediūt sibi siue in
miraculis siue in alijs. vn̄ faciēs q̄rum potest. in quo
peccat: videt̃ ꝙ in nullo. Quia in fide nō peccat. q2 ni/
hil credidit diuinitatis esse in diabolo. In moribꝫ non
peccat. ꝗ nullo modo vt videt̃. ¶ Itē si ego amisissem
librū meū. nō esset peccatū si requirerē a quocūq3 q̄ sci/
ret vbi esset. ꝗ si aliquis amisit cappā ⁊ ego scio bene ꝙ
diabol⁹ potest nosse. videt̃ ꝙ illud sal licite sine peccō pt fie
ri. Querit̃ ergo vtrū hmōi artes vel diuinatiōes pn̄t eē
88 absq3 peccato. ¶ R°. dōm ꝙ hmōi artes magice siue di
uinatiōes nō possunt esse absq3 peccato. nec pōt a dia
bolo reqri cōsiliū vel etiā auxiliū siue ministeriū absq3
peccato. nisi forrassis in hoc casu vbi de⁹ diabolū subij
ceret hoi iusto suo iudicio. ⁊ sicut de aliqui3 viris san
ctis audiui narrari. voluit iō aūt cōmercio nō potest
sine peccato. Aut em̄ est ibi peccatū infidelitatis. vt/
pote si demonio credendo attribuat diuinum aliquid.
Aut est ibi peccatū idolatrie. vtpote in oblationibꝫ et
sacrificijs. Aut inobediētie saltē. quia facit ↄtra phi/
bitionē diuinā ⁊ eccliē. Ratio aūt hui⁹ phibitiōis est.
quia talis peccat in seipsum dū se cōmittit discrimini.
Peccat in ecclesiā quia hoc cōmerciū est cū illo qui est
oīno p̄cisus ⁊ ecclesie aduersari⁹. Peccat etiā in maie/
statē diuinā dū recurrit ad diabolū. q̄si nō sit omnipo
tens ⁊ oīno sufficiēs ⁊ benignus de⁹ xp̄ianoꝝ. ⁊ ideo p
hibitū est ⁊ sine peccato fieri nō pōt. vn̄ ↄcedēde sunt
89 rōnes ad h̄ inducte. Ad illud ꝗ qđ obijcit̃ ꝙ paulus
vtebat̃ ministerio diabolico in puniendo malos. dici
potest ꝙ h̄ nō erat diabolico cōmercio. ſ3 magis diuio
iudicio. ⁊ ipsi⁹ apostoli impio. cui subijciebant̃ spirit⁹
maligni nō cōfederabant̃. sicut magis ⁊ diuinis. Uel
dicendū ꝙ illud tradere nō erat aliud q̄3 exponere vexa
90 tioni demonū. Ad illud qđ obijcit̃ de elemosyna quā
possum accipe ab impio. dōm ꝙ nō est simile. duplici
ex causa. Primū quidē. q2 ⁊ si membꝫ nō sit actualiter
vnitū. nō tn̄ est mēbrum oīno p̄cisum sicut demonium.
⁊ pn̄t recipi ⁊ impēdi ex charitate pietatis officia. non
sic est de diabolo ⁊ angelis ei⁹ quoꝝ certa est dānatio.
Amplius. elemosyna quā habet impi⁹. ēē necessitatis
est viri iusti. ꝗ vir iust⁹ cū exigit eā ⁊ recipit. qđ suū est
accipit. ⁊ iō iuste facit. nō sic est de ministerio diaboli ī
faciendis miraculis. nunq̄3 enim diabolicis miracu/
lis vel presidijs indigemus. quia aut dominus sub/
uenit p se. aut p angelū suū. aut p pximū nostꝝ. aut tri

buit patientie meritū. Ad illud qđ obijcit̃ ꝙ diabolus 91
est seruus. dōm ꝙ ei⁹ seruitiū et ministeriū nō est ad h̄
deputatū a deo. nisi fiat speciali puilegio. sed pot⁹ de/
putatū est ad temptandū ⁊ exercendū. ⁊ sic secuit. licet in
tendat expugnare. q2 de malo suo de⁹ facit bonū nostꝝ. 92
Ad illud qđ querit̃ an peccatū sit in caracteribꝫ. di
cendū ꝙ magnū peccatū est. q2 ad hoc fiūt. s. ad ministeri
um demonū implorandū. qđ nō licet. ⁊ ideo malo fine
fit. Qđ aūt querit̃ aut habēt virtutē. aut nō. dōm ꝙ ex
se nō habēt virtutē. ſ3 solū ex diabolica pactiōe. sic em̄
pepigit diabol⁹ cū illis q̄ fuerūt ei familiariores. ꝙ ta
lia signa recognosceret. ⁊ ad talia se presenter offerret.
Ostēdit aūt p illa se cogi. vt ostēdat aliquid veritatis
esse in hmōi artibꝫ in quibꝫ sunt multa nephanda. p q̄
abducit̃ homo a fide ⁊ a cultu dei. Un̄ nullo modo cre
dendū est ꝙ tales caracteres aliqđ possint. maxime su/
per spūs. nisi ex pactiōe eoꝝ. ⁊ ideo oīa talia carmīa va
na sunt ⁊ pniciosa. nec facit diabol⁹. q2 in illis delectet̃ 93
sed in infidelitate facientiū. Ad illud qđ querit̃ in q̄
est peccatū. dōm ꝙ si aliq̄s hoc faciat credēs eos habe
re posse. nec offerēs quicq̄3. peccat peccato inobediētie
⁊ peccato moꝝ. q2 ex hac ipsa inuocatiōe. facit ↄtumeli
am deo suo ⁊ cetui xp̄iano. ⁊ dum iungit se scismatico ⁊
mendaci. se periculo cōmittit. sed vix aut nunq̄3 ex hoc
solo diabolo satisfacit. nisi aliqua infidelitas vel ido/
latria immisceat̃. Sicut em̄ ad diuina miracula pluri/
mum facit fides recta sic̄ sonāt euāgelia. sic ad demo/
nū miracula fac̄ multū fides puersa. q̄m diabol⁹ puer/ 94
sus est imitator dei. Ad illud qđ obijcit̃. ꝙ nō sit pec
catum q̄rere de pditis. dōm ꝙ peccatū est. quia contra
phibitionē. ⁊ phibitū est p̄dictis de causis. Potissima
tamē causa est. quia ip̄e mendax est ⁊ pater ei⁹. ⁊ freq̄n
tissime veris immiscet falsa. ⁊ ideo periculū magnum
est credere sibi. q2 posset hoīem de facili inducere i erro
rem ⁊ dicere ꝙ ille habet rem q̄ nō habet. ⁊ videt̃ p hoc
posse oriri mala. ⁊ q2 etiā ad se allicit p hmōi reuelatio/
nes ad suā societatē q̄ pniciosa est valde. ad quā deside
rat diabol⁹ vt decipiat ⁊ ideo vt homines min⁹ caue/
ant. in suis diuinationibꝫ quedā honesta pretendit vt
pote qui a puero ṽgini suas diuinatiōes ostēdit. tū ta/
men in occultis ad turpissima incitet. ⁊ ideo dic̄ Aug.
iiij. sup Gen̄. ad litterā in fine. bono xp̄iano. siue mathe
matici. siue q̄libet impie diuināntes maxime ṽa dicen/
tes. cauēdi sunt. ne ↄsortio demonū aīam deceptā pa/
cto q̄dā societatis irretiāt. ⁊ sic patet totū.

Dist. viij. de potestate demonū quā habēt su/ per corpa similia humanis.

Solet etiā in q̄stione v̄sari ⁊c. Sup̄ egit mgr̄ de
ptāte demonū respectu creaturaꝝ corpaliū cōi/
ter. in hac pte agit de eoꝝ ptāte respectu hoīm
Diuidit̃ aūt h̄ ps in duas. In p̄ma agit de ptāte demo
nū siue angeloꝝ sup corpa silia humanis. In scđa vero
agit de potestate demonū quā hn̄t sup hoīes. j. di. eadē
illud etiā ↄsideratiōe ⁊c. Prima ps habet duas. In
p̄ma determinat qualit̃ angeli assumūt corpa. In scđa
h̄o incidēter dubiā questionē Aug. inducit q̄ tangit
hanc materiā. ibi. Sed vbi deū hoibꝫ incorporalibꝫ ⁊c.
Prima ps habet duas. In prima determinat modum
p quē angeli habēt corpa sibi ↄiuncta. In secūda vero
determinat actū. ibi. Assumūt aūt aliqn̄ corpa. Silr
secūda ps habet duas. In p̄ma mouet questionē. In se
cunda determinat. Primū facit. ibi. Sed vbi deū in
nimbo ⁊c. In secūda vero determinat certa relinquēs
dubia. ibi. certerū hec velut nimis.

DI·VIII·

Determinat modũ ꝑ quẽ angeli habẽt corpora sibi coniuncta. a

Solet etiam in q̃stione versari apud doctos vtrũ angeli oẽs boni scz ac mali corporei sint·id est·corpa habeant sibi vnita·Q̃d aliqui putãt innitẽtes verbis Augustini·q̃ dicere videt̃ q̃ angeli omnes ante confirmationem vel lapsum corpa aerea habuerint de puriori ac superiori aeris parte formata·ad faciendũ habilia non ad patiendũ·et angelis bonis qui ꝯstiterunt talia sunt obseruata corpora·vt in eis possint facere ꝛ non pati·que tãte sũt tenuitatis vt a mortalibus videri non valeãt nisi supuestita aliqua grossiori forma·qua assumpta vident̃·depositaq̃ʒ videri desinunt·Angelis vero malis mutata sunt in casu corpora in deteriorẽ qualitatẽ spissioris aeris·Sicut enĩ a loco digniori in inferiorẽ locum·id ẽ·in caliginosum aerẽ deiecti sunt·ita illa corpa tenuia mutata sunt ꝛ transformata in deteriora corpa ꝛ spissiora·in quibus pati possent ĩ superiori elemento·id est·ab igne·Et hoc Aug° sensisse videt̃ super Geñ·ita dicens·Demões dicunt̃ aerea animalia·qui corporũ aereorum natura vigent·nec ꝑ mortẽ dissoluunt̃·quia ꝑualet in eis elementũ aptius ad faciendum q̃ ad patiendũ·Ad patiendũ enim humor ꝛ humus·ad faciendũ aer et ignis aptitudinẽ prebent·Transgressores vero angeli cum ꝑncipe suo nunc diabolo·tũc archangelo·non mirum si post peccatũ in hanc caliginem detrusi sunt·Neq̃ʒ etiã hoc miruʒ est si cõuersi sunt ex pena in aeriam qualitatẽ qua possunt ab igne pati·Caliginosa tamen aeris tenere tm̃ permissi sunt·qui eis quasi carcer sit vsq̃ʒ ad tempus iudicij·Ecce his verbis videt̃ Augustin° ita tradere q̃d quidã opinant̃ de corporib° angelorum·Hoc autẽ eũ alij dixisse astruunt: nõ ita sentiendo·sed opinionẽ aliorũ referendo·q̃d ex ipsius verbis diiudicare volunt·quibus ait·Demones dicunt̃ aerea animalia·non ait sunt·ita enĩ quidã dicebant·De habitatione vero caliginosi aeris in quẽ detrusi sunt: non opinando sed rei veritatẽ asserendo eũ tradidisse dicunt·q̃d ipsius locutiõis distinctio ostẽdit·Dicũt quoq̃ʒ plurimos catholicos tractatores in hoc conuenisse atq̃ʒ id cõcorditer docuisse q̃ angeli incorporei sint·nec corpora habeant sibi vnita·

¶ Determinat actum ad quẽ angeli assumũt corpora. b

¶ Assumunt autẽ aliquando corpora deo preparante ad impletionẽ ministerij sibi a deo iniuncti·eadẽq̃ʒ post expletionẽ deponũt·in quib° corporibus hominibus apparuerũt atq̃ʒ locuti sunt·Et aliquãdo quidem locuti sunt ex ꝑsona dei·sine distinctione alicui° ꝑsone·Aliqñ ex ꝑsona patris vel filij siue spiritussancti·Nec dubitandũ est deum in corporalibus formis apparuisse hominib°·sicut Augustinus in scd̃o li·de tri·ostẽdit ꝯferens diuerse scripture testimonia·ex quibus deũ in corporeis figuris hominib° apparuisse probat·ꝛ aliquãdo ex ꝑsona dei sine distinctiõe·aliquando sub distinctione ꝑsonaꝝ sermonem eis factum esse·

20 tuit satisfactio sicut redūdauit trāsgressio. Ad illud qđ obijcit q̄ si oppositū ē causa oppositi ꝛc. dōm q̄ istđ ↄ̄intelligendū est in his oppositis quoꝝ vtrūq3 est aliq̄ natura ꝛ in eis q̄ recte sunt opposita. ꝛ fm illud in quo opponuntur. Et rōne huiꝰ triplicis conditionis illa ꝓpositio nō habet locum in ꝓposito. Primū quidez quia culpa nō dicit aliquā positionē sed potius priuationē Scđo vero quia iusticia satisfactionis nō directe opponitur culpe originali. sed potius originali iusticie. ꝛ si illa originalis iusticia fuisset in adam generāte. fuisset eā opposita. Tertio vero q2 culpe iniꝰ ade opponit ipi satisfactōi incōgrū corrūpebat psonā n̄ incōgrū corrūpebat naturā. ꝛ incōgrū corrūpebat psonā meritū erat eterne dānationis. inquātū vero corrūpebat naturā principium erat vniuersalis corruptionis. Iusticia ergo satisfactionis auferebat ab ipso adam meritū eterne damnationis. et fm illud opponebat ei. ꝛ erat causa oppositi vicz eterne beatitudinis ꝑmodum meriti. vicium aūt corruptionis nō auferebat. nec eius oppositū causabat. quia fm illud nō opponebat ei.

21 Ad illud qđ obijcitur q̄ prior est deus ad miserendū q̄ȝ ad condemnandū. dōm q̄ illud verum est vbi misericordia sic habet locum q̄ nō excludit iusticiam. iusticia aūt requirebat maiorem satisfactionē q̄ȝ adā posset facere. ꝛ ideo misericordia ꝓ illa modica satisfactione ade nō debebat toti generi humano donare offensam. sed quod nobis ꝛ sibi deerat debebat cum supplere. quod ꝛ fecit. cū ꝓpter nimiā charitatē suam filium suū vnigenitū misit in similitudinez carnis peccati. ꝛ cū essemus mortui peccato. conuiuificauit nos xp̄o.

22 Ad illud qđ obijcit q̄ potentior est gratia q̄ȝ sit culpa. respondere potest dupliciter. Primo q̄ illud intelligendū est respectu illius effectus ad quē gratia ordinatur. gratia aūt gratūfaciens ipi ade collata nō ordinabatur ad remouendū carnis corruptionē. sed voluntatis deordinationē. quia reformatiua erat imaginis. nō reparatiua carnis. Nihilominꝰ tamē in reparatione carnis potentior est aliquo mō q̄ȝ culpa. dum ꝑ gratiā meret hō secūda m stolam. Aliter potest dici q̄ ꝛ si gratia potentior sit q̄ȝ culpa. nō tamē sequitur q̄ totuz reformet quod culpa destruxit. Multo eñ faciliꝰ est destruere q̄ȝ construere. Unde vnus malꝰ cibꝰ aliquādo plꝰ corrumpit naturā q̄ȝ centum bone medicine possint eā reparare. q̄uis medicine ille sint valde potētes ꝛ virtuose.

23 Ad illud qđ obijcitur de lege pupillorum. dōm q̄ adam nō ad posteros comparatur sicut tutor ad pupillos. sed sicut pater ad filios. Unde sicut pater fatuus potest bona sua dissipare ꝛ destruere. ꝛ ꝑ ↄ̄sequens hereditatem filioꝝ suoꝝ deuastare q̄ȝ posset illam post deuastationē ꝛ consumptionē reparare. sic ꝛ in ꝓposito intelligendum est se habere.

Consequenter circa scđm articulū querit de q̄ntitate originalis. Et circa h̄ duo q̄rūt. Primo q̄rit de ipo originali sub rōne quantitatis cōtinue. Utrum vnum originale possit esse abs9 altero. Scđo queritur s̄ȝcum ad rōnem quantitatis discrete. Utrum videlicet sit ponere vnum originale vel plura

Questio I c

Utrum originale in oībus reperiat equaliter. Et q̄ sic videt Ans. de originali peccato ca. xxvij. Originale peccatum in oībus est vno eē equale. Item hoc ipm videtur rōne. Originale peccatum est carentia debite iusticie. sicut sepe dictū est. ꝛ quilibet illa iusticia corporali est simpliciter nudatus ꝛ priuatus. ḡ si equaliter omnes sunt priuati. equaliter corporali macula sunt infecti. ḡ in quibuscunq3 reperit originale peccatū. equaliter reperitur. Item hoc ipm ostendit per causaz. Originale peccatum est in nobis ꝓpter ade inobedientiā. s3 inobedientia ade vna fuit. ꝛ equaliter oēs posteros respiciebat. ergo videtur q̄ oēs equaliter culpabiles fiebat. Item hoc ipm videt ꝑ penam. Oēs eñ habētes culpam originalē equaliter puniunt. videlicet omnimoda carentia visionis dei. si igit quantitas pene respondet quātitati culpe. videtur q̄ si est equalitas ī carentia visionis dei. q̄ sit equalitas in corruptione originalis. Item hoc ipm ꝓbatur per concupiscentiam annexam originale eñ peccatum ad oē malū reddit ꝓnum ꝑ ↄcupiscentiā. Unde dum lex ꝓhibet ↄcupiscētiam. ꝓhibere dicit omne malū. ergo originale peccatū vnū q̄ētq3 corrūpit vniuersaliter. sed vniuersale corruptionē nō ↄtingit reperire fm magꝰ ꝛ minꝰ. imo ī oībꝰ in q̄bꝰ reperitur ī termino repit. ḡ videt q̄ originalis culpa n̄ potest eē maior in vna psona q̄ȝ in alia. Item si maiꝰ est originale in vno q̄ȝ in alio. aut hoc est ex actu generis aut ex actu plis. Ex actu parentis eē nō potest. quia sicut ꝓbatū est supra. peccatū parentis in prolem non transit. Ex actu vero prolis eē nō potest sicut planum est. ḡ videtur q̄ nullo mō originale in vno q̄ȝ in alio reperiatur intensius. Sz contra Ans. de cōcep. virgi. Sicut ꝓpter naturā nascitur corrupta psona. ita natura ꝓpter personā efficitur magis peccatrix. sed peccatū qđ inficit naturā est peccatū originale. ergo videtur q̄ originale peccatū in aliquo possit fieri maiꝰ ꝛ intēsiꝰ. Itē hoc videt ratione. Nullū malū est in summo. quia nihil est summe malū. sed originale peccatū malū est. ergo nō est in summo. sed quod est citra summū ꝛ intendi potest ꝛ augeri. ḡ originale peccatū intēsibile est. igitur potest maius in vno q̄ȝ in altero reperiri. Item originale peccatum est ↄcupiscentia. sed concupiscentia potest intendi sicut ꝛ potest remitti. ꝛ aliquando intenditur. sicut patet ꝑ experimentū. ḡ videt q̄ peccatū originale intendi valeat. vt sit maius in vno q̄ȝ in alio. vel etiā intensius in eodē fm status diuersos. Item feditas carnis est ratio quare aīa contrahit originale. s3 caro nō est infecta in summo. ꝛ quod non est infectū in summo. dum transit ꝑ viam infectionis potest magis ꝛ magis infici. Si igit caro nostra transit ꝑ viā infectionis dum ꝓpagatur. videt q̄ magis ꝛ magis inficit. ꝛ ꝑ hoc quotidie originale peccatū augmentat. Item oīs ꝓprietas quanto magis appropinquat sue cause est intensior ꝛ fortior. ꝛ quāto magis elongat debilior. sed corruptio originalis ab adaz ꝓducitur tanq̄ȝ a fontali principio ꝛ radice. ḡ videt q̄ quāto aliquis est ade primior. q̄ tanto originalis culpa sit in eo intēsior. Itez vna aīa melior habet naturalia q̄ȝ alia. sicut in precedenti dis. habitū est. sed tanto corruptio peior est. quāto ē in meliori natura. sicut Aug. dicit ꝛ expresse rō manifestat. ꝓpter dignitatez eius qđ corrumpit. ḡ originalis corruptio peior est in vna aīa q̄ȝ in altera. ꝛ sic h̄. videt q̄ culpa sit intēsior.

24 Rñº. dōm q̄ sicut si adā stetisset omnes equaliter essent innocentes. ita nūc cum adam peccauit oēs facti sunt equalit̄ peccatores. ꝛ ita culpa originalis in oībus reperit equaliter. ita q̄ nō est maior ī vno q̄ȝ in altero. nec etiā intendi habet in eodē subiecto

25 Ad cuius intelligentiā notandū est. q̄ ista tria concurrunt ad originale peccatū. scilicet debite iusticie carentia ↄcupiscentia. ꝛ carnis feditas. ꝛ primū est ipi originali essentiale. scđm vero materiale. ꝛ tertiū causale. sicut supra explanatū fuit. Si igit originale deberet au

geri. ex aliquo istorum oporteret illud intendere. cum autem per nullum horum intendi habeat. in omnibus equaliter habet reperiri. Quantum ad carentiam namque debite iusticie non potest intendi. ista enim carentia non potest esse maior in vno quam in alio nisi triplici de causa. Aut quia sit obligatio fortior. aut quia sit ibi maior priuatio. aut quia modus priuandi sit detestabilior. Nullo istorum modorum maior habet esse carentia in homine vna quam in alio. Non est enim obligatio fortior. quia omnes equaliter obligamur in adam. Nec priuatio maior. quia eo dem dono scilicet originalis iusticie omnes per originalem culpam nudamur. Nec modus priuandi detestabilior. quia omnes priuati sunt per vnam inobedientiam ade. et sic originale ratione carentie debite iusticie non

26 recipit magis et minus. sed in omnibus equaliter est. Similiter nec quantum ad concupiscentiam intendi habet. Si enim intendit appetitus vel concupiscentia respectu alicuius detestabilis in alio. hoc potest esse tripliciter. Aut ex complexione. aut ex assuefactione. aut ex vinculi refrenantis confractione. Primo modo absque dubio concupiscentia augeri potest. sicut patet de concupiscentia carnis que magis feruet in colericis et sanguineis quam in melancolicis. sed talis intensio nihil facit ad culpam. Non enim est culpabilis. sed naturalis vel penalis. Similiter et secundo modo concupiscentia intendi potest in eodem homine sicut patet in eo qui assuefactus est luxuriari et bona cibaria comedere. quia magis est pronus et ardentius concupiscit quam qui talia non gustauit. sed hec intensio non facit ad originale peccatum. sed potius ad actuale. quia non dicitur originale peccatum concupiscentia quecunque modo. sed solum prout ab origine contracta est. Tertio modo non videtur intendi. sed in omnibus habet equaliter reperiri. pro eo quod illud retinaculum originalis iusticie merito culpe ade in omnibus est confractum. Et quoniam secundum istum tertium modum attenditur quantitas originalis ex parte concupiscentie. hinc est quod quantum ad concupiscentiam originalis culpa in omnibus in quibus est reperitur

27 equaliter. Similiter quantum ad feditatem. que est in carne non habet esse maius et minus originale. et hoc patet. nam quod aliqua proprietas intendatur requiritur idoneitas ad intentionem tam ex parte susceptibilis quam ex parte proprietatis que intenditur quam etiam ex parte agentis. et si aliquod horum defuerit. proprietas illa non habet intendi sicut patet considerantibus. Omnia autem hec deficiunt in proposito. Defectus enim est ex parte susceptibilis. nam sicut speculum nouum inficitur a muliere menstruata. sed postquam inueteratum est. ex aliquo aspectu non recipit nouam infectionem. sic humana natura in statu primordiali quasi noua existens infici habuit a corruptione persone. postmodum vero quasi inueterata. ex noua corruptione non recipit nouam infectionem. Defectus etiam est ex parte agentis. quia nullus est post primum hominem cuius transgressio respiciat obligationem persone. hinc est quod talis culpa non habet inficere carnem coniunctam. Defectus etiam est ex parte proprietatis intensibilis. Illa enim quorum potentia est in termino non habent recipere magis et minus sicut vult philosophus. Feditas autem carnis secundum quod est principium contractionis originalis omnium habet ex carentia originalis iusticie. et quia carentia illa nuditas quedam est. et nudo non est recipere magis nudum. sicut originalis iusticie nuditas non recipit magis vel minus. sic nec carnis feditas. Et sic patet quod ex parte feditatis carnis originale non habet intendi vel augmentari in eodem vel in diuersis. vel ex parte concupiscentie. vel carentia debite iusticie. sicut ostensum est. nec sunt plura concurrentia ad originale. manifestum est igitur quod originale peccatum in omnibus in quibus reperitur habet esse equaliter. et concedende

28 sunt rationes hoc ostendentes. Ad illud ergo quod primo obiicitur de Ansel. quod natura per personam efficitur magis peccatrix. dicendum quod natura accipitur dupliciter. Uno modo dicitur natura vis insita rebus ex similibus similia procreans. Alio modo dicitur natura ipsum commune. his duobus modis distinguitur natura contra personam. et cum dicitur natura corrumpit personam. accipitur natura primo modo. prout persona et corruptio persone dicitur illa que respicit voluntatem rationalem. Cum autem dicit Ansel. quod natura efficitur per personam magis peccatrix. accipit naturam pro communi prout consideratur in supposito. et hoc patet per exemplum suum quod dicit. Sicut adam peccante peccat homo. sic adam magis peccante magis peccat homo. et hoc modo natura non habet corrumpi solum per peccatum originale. sed etiam per peccatum actuale. ex hoc igitur non sequitur quod originale habeat esse maius et intensius.

29 Ad illud quod obiicitur quod nullum malum est in summo. dicendum quod est summum simpliciter. et est summum in genere. et quamuis non contingat reperiri summum malum simpliciter. est tamen reperire malum summum in proprio genere. sicut videmus aliquem ita priuatum visu quod non potest esse magis. sic et in proposito potest intelligi quod originale priuat simpliciter iusticiam originalem. et ideo eius infectio est in termino. Posset tamen dici quod et si non esset in summo. non tamen sequitur quod posset intendi. quia potest esse defectus ex parte sui susceptibilis vel ex parte agentis. et vtrumque hic deficit sicut supra ostensum est.

30 Ad illud quod obiicitur quod concupiscentia potest crescere. dicendum quod verum est intensiue. sed non extensiue. illud tamen incrementum nihil facit ad originale peccatum. cum non sit nisi vel ex complexione. vel ex assuefactione sicut ostensum est.

31 Ad illud quod obiicitur quod feditas carnis potest esse maior. dicendum quod etsi feditas carnis. prout est corruptio penalis intendatur et crescat. sicut patet in leprosis et semimortuis et aliis fedis infirmitatibus oppressis. prout tamen ipsa est principium originalis. habet equaliter reperiri in singulis. quia ab vno solo et primo fonte procedit.

32 Ad illud vero quod obiicitur quod proprietas intensior est cum appropinquat sue origini. dicendum quod illud verum est de proprietate que quidem dicit naturam et positionem. et de illa que habet continuari cum sua origine. sicut est in virtute mouente. et luminis effusione aliter non habet veritatem sicut patet. nam candela inflammata ab alia. ita bene inflammabit sicut inflammabat illa. verumtamen deficit in proposito. tum quia illa carnis feditas plus dicit rationem priuationis quam positionis. tum quia etiam illius feditatis transfusio est per generationem. in qua generatum primum et secundum habet eandem vim quam habebat generans primum.

33 Ad illud quod obiicitur quod vna anima habet meliora naturalia quam alia. dicendum quod et si hoc verum sit et concedendum. tamen quantum pertinet ad puritatem innocentie omnes anime equales sunt. et quia illius priuationem directe respicit originale. hinc est quod licet alia naturalia sint excellentiora. non tamen propter hoc intenditur corruptio originalis culpe. Quando enim dicitur quod tanto peior est corruptio quanto meliorem naturam. hoc intelligitur secundum illud secundum quod natura per vicium corrumpitur. aliter enim non habet veritatem. quia frequenter ille qui habet meliora naturalia non habet ita grauia peccata sicut ille qui habet minus bona et in eodem genere peccati.

¶ Questio II

Utrum sit ponere vnum originale vel plura. Et quod vnum solum videtur primo auctoritate magistri in littera. c. Alioquin. vbi sic ait. Uno peccato non pluribus paruuli obligati sunt. ¶ Item hoc ipsum ostenditur ratione sumpta a causa quia peccatum originale contrahitur propter ade inobedientiam. ergo si vna tantum culpa fuit eius inobedientia videtur quod in quocunque reperitur sit vnicum et nullo modo plura. ¶ Item hoc ipsum ostenditur ratione sumpta a pe-

¶ conclusio q peccatum originale in omnibus equaliter reperitur. ut p[atet] ex h[ac] ...

na. Originali enim debetur solum carentia visionis dei. et hec est una pena. sed multis culpis multe debent respondere pene. ergo etc. ¶ Item hoc ipsum ostenditur in cõparatione ad sequelã. Originale enim nõ solummodo est ab origine sed etiã origo est et principiũ omniũ maloꝝ. Si ergo quod per superabundantiã dicitur uni soli cõuenit. et status est per reductionẽ ad unũ. videtur quod originale peccatũ nõ sit nisi unũ solũ. ¶ Item hoc ipsum videtur in cõparatione ad subiectũ. Originale enim est in aĩa rõne cõiunctionis sue ad carnem si ergo una est caro cui anima cõiungitur. et unica unione unitur. et unitas est in aĩa secundum quod carni unibilis unitur. videtur ergo quod necessario peccatũ originale sit unũ. ¶ Item hoc ipsum ostenditur per cõparationẽ ad oppositum. Originale enim peccatũ est carentia debite iusticie. sed debita iusticia cuius originale peccatũ est priuatio in homine nõ erat nisi una. quia in uno innocente una est innocentia. ergo etc. Sed cõtra hoc arguitur primo auctoritate super illud ps. Ecce in iniquitatibus cõceptus sum. glo. iniquitates sunt peccata originalia. et multe auctoritates sunt ad hoc in littera. Item hoc ipsum videtur rõnibus sumptis per eandẽ viã per quã sumebãtur ad oppositum. Et primo rõne sumpta a causa. Originale peccatu est in nobis propter peccatũ primoꝝ parentũ. sed adam et eua plura cõmiserunt peccata. ergo videtur quod plura sint in nobis originalia. quia qua ratione redundat in nos peccatũ viri eadem ratione mulieris.

Item hoc ipsum videtur rõne sumpta a pena. quia unicuique culpe unica debet respondere pena. sed multa genera penalitatũ ad originale peccatũ consequitur. ut fames. sitis. mors. infirmitas. etc. Et quattuor dicit Beda nobis per peccatum originale esse inflicta. scilicet infirmitatẽ. ignorãtiam. concupiscentiam. et maliciam. videtur igitur quod secundum diuersa penalitatũ genera sit diuersitas originaliũm.

Item hoc ipsum videtur per cõparationẽ ad capitalia subsequentia. Habitus enim diuersificatur per actus. et actus per obiecta. si ergo originale peccatũ reddit hominem pronum ad. vij. peccata capitalia que sunt diuersoꝝ generum. videtur quod in quolibet homine sit multitudo originaliũ. Item hoc ipsum ostenditur per cõparationẽ ad subiectũ. quia omnes vires aĩe inficiuntur per originale peccatũ. sed multiplicatis corruptibilibus multiplicantur corruptiones. et in diuersis potentijs diuersi sunt habitus. ergo in unoquoque homine necesse est ponere multiplex originale. Item hoc ipsum videtur per cõparationẽ ad oppositũ. quia per originale peccatũ est priuatio omnium virtutũ cum per ipsum fiat incuruatio aĩe ad vicia omnibus virtutibus opposita. ergo si plures cõtingit in nobis reperiri virtutes. plures in nobis cõtingit reperiri culpas originales.

34 Resolutio. Dicendum quod sicut vult magister Hug. Originale peccatum dupliciter dicitur. Uno modo dicitur originale peccatum quod est origo omniũ peccatoꝝ. et sic peccatum Ade dicitur originale peccatum. et hoc modo originale peccatum nõ enim est unũ specie. verũ etiã unũ numero. Alio modo dicitur originale peccatum quod est in nobis ab origine. et a quo etiã cetera vicia sumunt in nobis originem. et hoc modo querimus hic de unitate originalis peccati. Ad huius igitur questionis dilucidationẽ intelligendũ est quod cum querimus de unitate alicuius. aut querimus de unitate secundum speciẽ et formã cõmunẽ. aut querimus de unitate secundum numerum et suppositũ. Si primo modo loquimur de originali peccato. sic unitatem habet secundum speciem eo modo secundum quem peccatum dicitur habere speciem. Unitas autem ista in originali peccato venit principaliter ex parte boni quod priuat. et ex parte peccati ade per quod introductum est. hoc est ex parte oppositi et ex parte principij. Una enim est secundum speciem originalis iusticia et innocẽtia. cuius priuatio est originale peccatum. Una etiã fuit inobedientia rõne cuius totũ genus humanũ est corruptũ. et ideo secundum speciem originale peccatum est unũ in nobis. Si autem loquimur de unitate originalis quantũ ad numerum. sic dicendum quod in uno homine est unicum. Et rõ huius est. quia peccatum dupliciter numeratur. 35 Aut rõne subiecti in quo. sic in diuersis hominibus diuersa sunt peccata. Aut rõne actus per quem homo culpabilis efficitur. sic qui pluries luxuriatus est plura habet peccata. Neutro istoꝝ modoꝝ originale peccatum multiplicatur sed remanet indiuisum. nam in uno homine una causa est per quam originale peccatum inficitur. Item unius hominis una est generatio in qua et per quam originale peccatum transfunditur. et ideo originale peccatum in uno homine est unũ solũ quantum ad unitatem secundum speciem. et quantum ad unitatem secundum numerum. Et concedende sunt rõnes que hoc ostendũt.

36 Ad illud ergo quod primo obijcitur de glo. in cõtrarium. Iniquitates dicit peccata originalia. Dicendum quod sicut dicit magister quod frequẽter in scriptura accipitur plurale pro singulari et econuerso. sicut magister exemplificat in littera. Rõ autem quare scriptura originale cum sit unũ pluraliter nominat. est propter multiplicitatem inclinationũ ad malũ que ex originali peccato nascuntur. 37 Ad illud quod obijcitur quod originale peccatũ ortũ habet a peccato primorum parentũ. Dicendum est quod quemadmodũ in generatione prolis pater et mater sunt quasi unũ principiũ cõpletiuũ ita generanter coꝝ per se sufficiẽter quamuis sint diuerse persone et distincte. sic et in originalis peccati transfusione intelligendũ est. et sic peccatum ade et peccatum eue fuerant diuersa. put tamen in originali peccato inficiebatur in utroque una generatiua. unũ peccatum originale in prole causabant. ita quod sicut principaliter virtus generatiua residet penes virum. ita etiã transfusio originalis principaliter attribuitur viro. Nihilominus tamen utrique attribuitur suo modo. unde friuola est illa questio qua queritur utrũ transfunderetur originale si enim vir vel enim mulier peccasset. quia cũ ad generationẽ duo concurrant tanquam unum principiũ. nõ pateretur deus quod vir incorruptus mulieri corrupte cõmisceretur vel econuerso. Debet enim siue in statu nature institute. siue in statu nature corrupte seruari proportio et cõformitas viri agentis ad mulierẽ suscipiẽtem cum in actu illo efficiantur una caro. 38 Ad illud quod obijcitur de multiplicitate penaꝝ. Dicendum quod uni culpe respondet una pena principalis. plures autem possunt esse nõ principales. Principalẽ autem dico penã eternã. nõ principalẽ penam temporalem que quodammodo est ad bonum ordinatiua. Uel principalẽ voco illã que primo pro culpa infligitur. nõ principalẽ vero que ad istã cõsequitur. Originale autem una pena eterna punitur videlicet carentia visionis dei. Unica etiã pena temporali principaliter videlicet mortalitate carnis. sed ad mortalitatẽ multe cõsequuntur penalitates. 39 Ad illud quod obijcitur de multiplicitate inclinationũ. Dicendum quod sicut una corda rupta qua multa colligantur. sequitur laxatio multorum. et tamen una est ibi prima corruptio et laxatio. sic intelligendũ est et in proposito. quia iusticia innocẽtie per originale peccatũ priuata. omnes vires aĩe relaxantur. una tamen est corruptio loquẽdo essentialiter. plures autem intelligẽdo causaliter. 40 Ad illud quod obijcitur quod est corruptio diuersaꝝ virium. Dicendum quod verum est. sed sicut gratia ponitur esse in viribus aĩe put tamen cõtinuantur ad unitatẽ substantie aĩe. et ideo una est gratia in omnibus viribus. sic et originale peccatum est corruptio pluriũ viriũ. put tamen ille vires in unitate substantie veniunt carnem habent uniri. Et sic intelligẽdũ est illud verbũ quod ab aliquibus cõsueuit dici. scilicet quod originale inest aĩe secundum suã essentiam. hoc enim nõ est intelligendũ quod ipsam substantiam aĩe originale prius respiciat quam potentias. Nam cõtrarium huius dicit Ans. in li. de concep. virgi. quod tam iusticia quam iniusticia primo est in voluntate. et loquitur ibi expresse de peccato originali. Et sic intelligendo quod originale peccatum ut culpa est. sic.

primo in voluntate. vt vicisi sit in pluribus potentijs ad vnum substantia continuatis. intelligitur habere vnum subiectum sicut vnitas vna ponitur esse in omnibus membris eiusdem corporis. sicut vult Aug. non sic autem est de peccato actuali. Nam peccata actualia diuersas potentias respiciunt. secundum quod ad diuersos actus comparantur. vnde et per diuersos actus introducuntur in esse. et propterea secundum diuersitatem potentiarum habent differre. non sic est de originali peccato quod contrahitur ex vitione anime ad carnem. (41) Ad illud quod vltimo obijcitur de comparatione ad oppositum iam patet responsio. Nam originale peccatum primo et principaliter virtutibus non opponitur. sed opponitur iusticie originali de qua sepe dictum est. et illam priuando per consequens inclinat ad diuersa vicia. et sic inclinando cum omnibus virtutibus habet repugnantiam. vnde ratio illa non cogit. quia non arguit per illud quod opponitur directe. sed solum per id quod opponitur ex consequenti.

Consequenter queritur quantum ad tertium articulum de pena originali. Et circa hoc queruntur duo. Primo queritur vtrum decedentes cum solo originali puniantur pena ignis materialis. Secundo queritur vtrum puniantur pena interioris doloris. an solum carentia visionis dei.

Questio I

Utrum paruuli decedentes in solo originali puniantur pena ignis materialis. Et quod sic videtur Aug. de fide ad pe. Firmissime tene paruulos qui sine sacramento baptismatis de hoc seculo transeunt. eterni ignis supplicio sempiterno puniendos. Item Aug. Quisquis viuere incipit vt antequam finiat vitam quam ab eius scilicet originalis obligatione soluatur. si vnius diei vel vnius hore spacio anima viuit in corpore. necesse est eam cum eodem corpore interminabilia gehenne supplicia sustinere. Ex hoc expresse colligitur quod originali non tantum debetur carentia visionis. sed etiam pena ignis. Item hoc ipsum videtur ratione. Paruuli in hac vita multas sustinent penalitates et afflictiones. aut ergo iuste aut iniuste. Non iniuste hoc constat. quia omnis pena iusta est. Si iuste. ergo meretur hoc originalis culpa. si ergo culpa non debet remanere impunita. et originale meretur penam sensus. videtur quod paruuli pena sensibili crucientur. Item illud est magis dignum puniri in quo magis residet causa peccati. per que enim quis peccat per illa debet torqueri. sed traductio et causa originalis peccati maxime residet penes carnem. ergo videtur quod illa potissime debet puniri. si ergo anima merito illius culpe digna est dei visione priuari. multo fortius caro digna est eternis supplicijs cruciari. Item paruulis non restituuntur corpora dotata. habebunt igitur corpora passibilia. et omne passibile necesse est aliquando pati. vel ab extrinseco. vel ab intrinseco. maxime cum approximatur agenti actiuo. ergo videtur quod paruulorum corpora aliquando patiantur et affligentur. Sed contra Aug. in ench. Mitissima sane omnium erit pena qui preter peccatum quod originaliter traxerunt nullum insuper addiderunt. sed si paruuli carerent visione dei et punirentur igne materiali non haberent mitissimam penam. Si igitur nemo dubitat eos visione priuandos. videtur nullo modo esse ipsos corporali supplicio puniendos. Item magister in littera ca. alioquin. pro originali peccato quod a parentibus paruuli traxerunt nullam aliam materialis ignis vel conscientie vermis penam sensuri sunt nisi quod dei visione carebunt imperpetuum. Item hoc ipsum videtur ratione. Iniustum est plus exigere in pena quam commissum est in culpa. si ergo paruulus nullo actu suo diuinum contempsit imperium. videtur quod nullum debetur sibi eternale tormentum. Item acerbitas pene respondet quantitati delectationis. iuxta illud apocal. Quantum glorificauit se in delicijs etc. sed anima que iuncta fuit corpori paruuli infirmanti et debili nullam delectationem inordinatam in corpore sensit. ergo videtur quod sibi non debeatur acerbitas pene sensibilis. Item horribilius est continue et eternaliter in tormentis esse quam omnino non esse. si ergo deus animam quam creauit sine perpetratione alicuius peccati eternis supplicijs deputaret. nullum videretur sibi beneficium prestare. nec misericordia simul cum iusticia curreret. quod si hoc est inconueniens dicere apud patrem misericordiarum. videtur etc. (42) Respondeo ad predictorum intelligentiam est notandum quod hic duplex est opinio. Quidam enim attendentes rigorem diuine iusticie ac sententie qua deus hominem pro vno modico mortali in quo momentanea et quasi nulla fuit delectatio hominem cruciat eternaliter. dicunt quod paruuli cremabuntur igne materiali longe minus quam illi qui peccauerunt peccato actuali. Et hoc dicunt sensisse Aug. cum dixit in ench. penam paruulorum esse mitissimam. Et in libro de fide ad pe. Paruuli cruciabuntur eterno supplicio. Mitissimam enim illam vocat penam non absolute. sed respectu aliarum. Nec in hoc derogatur vt dicunt diuine misericordie. Quia plus manifestatur iusticie quam misericordie. pro eo quod minus malum est in tali pena esse quam omnino non esse. cum non sit ibi tanta boni priuatio sicut manifestat Aug. in libro de libe. arbi. et hoc dicunt esse conueniens vt sicut in originali peccato erat carentia debite iusticie et concupiscentia. sic etiam in pena esset carentia visionis dei et afflictio ignis eterna. Sed cum valde durum illud dicere videatur quod deus tam durus et tam aspere agat cum paruulis decedentibus qui omnino non potuerunt vitare nec mortem culpe nec mortem nature. presertim cum videamus deum cum impijssimis et sceleratissimis peccatoribus misericorditer agere. Ideo est alia positio minorum magistrorum concordans pietati fidei et iudicio rationis. quod quia paruuli decedentes cum originali carent iusticia et spiritus sancti gratia quam per ignorantiam hereditariam. ideo priuantur in eternum dei visione. quia vero in carne fuit feditas. ideo ponentur in loco vili vt pote infernali. sed quia non habuerunt in se actualem delectationem peccati. nec in spiritu nec in carne. ideo non sentiunt pene ignis acerbitatem. Hunc modum dicendi magis approbant magistri communiter. et ideo ipsum sustinendo secundum opinionem communem magistri sicut patet in littera. rationes que ad hanc partem inducuntur concedo.

(43) Ad illud quod primo obijcitur in contrarium de verbis aug. dicendum quod aug. in verbis illis non intendit dicere quod paruuli sensibiliter crucientur. sed intendit eorum penam manifestare quantum ad carentiam visionis dei. et quantum etiam ad vilitatem loci. Et hoc valde abundanter exprimit plus dicens et minus volens intelligi. Nec sine causa loquitur sic. hoc enim facit ad extirpandam illam heresim que dicebat paruulos nulla pena puniri. Unde sicut in moribus documentum est quod qui vult ab vno extremorum peruenire ad medium. quantum debet declinare ad illud extremum sicut docet philosophus. Sic etiam beatus August. vt illam heresim extirparet que dicebat paruulos ab omni pena immunes. vt ad medium reduceret videlicet ad penam carentie visionis. simpliciter asseruit eos cum alijs peccatoribus eternaliter damnari. Istum autem suum intellectum explanauit in ench. vbi dicit penam eorum esse mitissimam sicut dicit magister in littera. (44) Ad illud quod obijcitur quod paruuli multas penalitates sustinent in hac vita. dicendum quod tamen temporaliter

C con clusio responsalis quod ... est ... pueri des cedentes ... non puniuntur pena ignis materialis sed ponentur in quodam loco ... pro nullam delectationem habuerunt.

puniri ꝑ peccato originali sit iustum. nō tñ sequitur ꝙ eternaliter. Et rō huius est. qꝛ pene tꝑales nō tm̄ sunt punitiue. sed etiā promotiue. vnde deus nō tm̄ affligit inimicos suos. verūetiam amicos. sicut patet in Thobia ꝛ Job. ꝛ iō in afflictione tꝑali. seueritati iusticie cōiuncta est benignitas misericordie. q̄ duo elegāter reperiri debent in omī punitiōe dei ꝛ remuneratiōe. sic aūt nō contingeret in pena eterna reperiri. hoc em̄ pacū eēt de rigore iusticie. si aīas puuloꝝ ignis gehēnalis supplicio cruciaret.

45 Ad illud qḋ obijcit̄ ꝙ in carne maxime residet causa peccati. dōm ꝙ ꝛ si causa peccati q̄quo modo resideat in carne. h̄ est ꝑ modū cuiusdā habit⁹. nō ꝑ modū act⁹. tñ caro ñ fac̄ aīaꝫ puuli ꝯcupiscētē sꝫ ꝯcupiscibilē ꝛ ꝓpt̄ h̄ nec iōa nec aīa dꝫ ī ipa. debꝫ actuali cōbustiōe ignis torqueri. sed sicut aīa priuat̄ visione dei. sic etiam caro puet̄ stola sua. ꝛ in loco vili ꝛ tenebroso ponit̄. cū collocanda eēt in celo empyreo. si a talis feditatis cor

46 ruptione fuisset sanata ꝑ baptismi efficaciā. Ad illḋ qḋ obijcit̄ ꝙ puuli nō habēt corpa dotata. sꝫ poti⁹ passibilia. dōm ꝙ aliqḋ nō pati ab aliquo dupliciter ꝯtingit. Aut ex virtute quā hꝫ in se. aut ex ordine diuine iusticie. Dico igit̄ ꝙ qꝛ corpa paruuloꝝ sunt passione carentia. ꝛ h̄ nō est ꝓpter virtutē resistēdi quā habeāt in se. sed poti⁹ ꝓpter ordinē diuine iusticie. sm̄ cui⁹ regulā ignis infernalis agere hꝫ. cū sit instrumētū diuine iusticie. Vñ sicut idē ignis magis cruciat maiorē peccatorē q̄ minorē. sic ꝛ in eodē igne patiunt̄ corpa eoꝝ qui peccauerūt ꝑ cō actuali. puuloꝝ vero corpa si in ipis ignibus infernalib⁹ voluēt̄ur passionē nō sentiūt. ꝛ tñ nō habēt impassibilitatis dotē. qꝛ nō fugant vim ignis ꝑ hoc qḋ hnt a virtute ꝓpria. Et si tu obijcias nibi ꝙ de

47 bent pati passione veniēte ab intrinseco vtpote famē ꝛ siti. cū nō habeāt corpa impassibilia ꝛ īmortalia. dōm ꝙ sicut dānatoꝝ corpa cū sint passibilia ꝛ defectibilia tñ diuīa virtute sustētante ꝑpetuant̄ in vita vt ab ignibus nō ꝯsumant̄. sic ꝛ puuloꝝ corpa eadē virtute diuina ꝯtinuant̄. vt nō indigeant cibo nec potu nec tñ habēt illā firmitatē ꝛ soliditatē quā habebūt corpa gl̄iosa.

Questio II f

Utrum paruuli decedentes in solo originali puniātur aliquo dolore interiori. Et ꝙ sic videt̄ ꝑ illud Job. Chriso. q̄ dicit ꝙ excludi a bonis eternis. ꝛ alienū effici ab hys que ꝑparata sunt iustis tātū generat cruciatum. tantū dolorē vt etiā si nulla extrinsec⁹ pena torq̄ret. hec sola sufficeret. ḡ si puuli excludent̄ sicut adulti. videt̄ ꝙ maxime cruciabunt̄ īteriori dolore ꝛ gemitu.

Itē qñcunqꝫ aliqs desiderat ꝛ illo priuat̄. necessariū est illū tristari ꝛ dolere. sed oēs hoīes naturaliter desiderant beatitudinē. ḡ si aīe puuloꝝ eterna beatitudine ꝑuant̄. videt̄ ꝙ ex h̄ necessario tristent̄. Itē aīa puuli dū vnit̄ carni ꝯtrahit ꝯcupiscꝫ. cū ḡ sepat̄ a corpe remanet in ea infectio illa ꝯtracta. ꝛ ipa pōt exire in actū. h̄ ꝯstat ḡ pōt ꝯcupiscere. sꝫ ꝯcupia h̄ est vel cū delectatione vel cū pena. Cū delectatiōe cū hꝫ qḋ desiderat. cum pena si nō hꝫ. ḡ si aīe puuloꝝ delectatōib⁹ erunt ꝑuate. videt̄ ꝙ dolorib⁹ interi⁹ ecūt affiicere. Itē puuli decedētes cū originali. ꝛ antiq̄ patres in limbo ex̄ntes. vtriqꝫ ꝑuabant̄ visione diuina. si ḡ amplior debebāt pena puniri puuli q̄ habebāt culpā q̄ꝫ patres q̄ nullam habebant culpā. videt̄ ꝙ ex ipa carētia visionis dei aliquā tristiciā aīe puuloꝝ habeāt. Itē maior dolor est qñ qs ꝑuat̄ aliquo bono sine cā q̄ꝫ qñ priuat̄ ex cā aliqua. ḡ pari rōne maior dꝫ esse dolor qñ ꝑuat̄ ex minori cā q̄ꝫ qñ priuat̄ ex maiori. si ḡ aīe puuloꝝ ex minori cā ꝑuent̄ visione diuina q̄ꝫ aīe adultoꝝ. videt̄ ꝙ magis doleant interius. Itē aīe puuloꝝ ꝑ naturā hñt affectiones. ꝛ affectiones nec̄ est vel quietari vel ꝑ eas aīam affligi. inq̄tudo em̄ affectionū nō modica ē afflictio. sꝫ affectiones puuloꝝ nō erunt quietate. alioquin iā essent in q̄dam beatitudine. sol⁹ eñ de⁹ est q̄ quietat desideriū aīe. ergo videt̄ ꝙ si aīa erit in affectionū varietate ꝛ inq̄titudine. ꝙ erit ꝯtinue in dolore ꝛ afflictione. Sꝫ cōtra mgr̄ in littera. nullā aliā penā sensuri sunt puuli ignis materialis vel ꝯsciētie vermis. nisi ꝙ dei visione carebunt in ꝑpetuū. ḡ videt̄ ꝙ nō habeāt dolorē internum. Itē originale inest aīe ex vnione ad carnē. ḡ si aliq̄ dolore dꝫ aīa cruciari merito originalis peccati. illo passime cruciari dꝫ q̄ inest aīe sm̄ carnē. si ḡ caro nō cremabit̄ igne materiali. videt̄ ꝙ aīa nō cruciabit̄ dolore spūali. Itē si puuli decedētes in originali dolebunt post hanc vitā. aut dolebūt de culpa. aut de dāno. Si de culpa dolebūt. ḡ erunt iusti. Si de damno dolebūt cū illud damnū ꝛ pena carētie visionis dei sit iusta. ꝛ q̄ dolet de iusto est iniust⁹. videt̄ ꝙ in aīab⁹ decedētibus cum originali nō tñ sit culpa originalis sed etiā actualis. Itē si puuli dolebūt de amissione ill⁹ summi boni. cū ipi virtutē patientie nō habeāt. ꝛ q̄ dolet de aliq̄ malo carēs virtute patiētie murmurat ꝯ punientē vel infligentē. ḡ videt̄ ꝙ aīe puuloꝝ murmuret ꝯ deū iniq̄ ꝛ iniuste. ḡ videt̄ ꝙ post egressum a corpe aīe decedentes in originali magis efficiant̄ inique q̄ꝫ ante. qḋ est impossibile. Itē si dolent. aut credunt se habituros illḋ bonū aut certi sunt ꝙ nunq̄ꝫ habebūt. Cōstat ꝙ nō expectant illud bonū habēdū. cū nō habeāt spem. si ḡ dolorem habēt de bono amisso cū certitudine nunq̄ꝫ habēdi. videt̄ ꝙ habeant desperationē. sed desperatio est acerbissima oīm penaꝝ infernaliū. ḡ paruuli puniren̄t pena acerbissima. qḋ impiū est dicere. Itē si dolēt. aut dolent in summo. aut nō. Si in summo dolent. igitur acerbissime puniunt̄. Si nō dolent in summo. ḡ in processu tꝑis possunt magis ꝛ magis dolere. cū dolor ille ortū habeat ex interiori affectione. ergo in eadem dispositione manēte culpa. videt̄ ꝙ in eis crescat pena. que duo sunt incōpossibilia. R⁹. ad predictorū intelligen

48 ciam est notandū ꝙ super hac questione nec expresse loquitur scriptura. nec expresse eā sancti determināt. Iō doctores theologie hic opinātur contraria. Quidā eñ voluerunt dicere ꝙ puuli carebunt ꝛ cognitione ꝛ dolore. Cognitione q̄dem carebunt exigente iusticia. dolore carebunt exigente miscōia. Justicia n̄ q̄ꝫ exigit vt nō detur eis post hanc vitam bonū aliquod cognitionis. quod in hac vita nō habuerunt. vnde sicut caruerunt cognitione fidei ꝛ omī genere cognitionis intellectiue illi qui mortui sunt ante vsum rōnis. sic etiam carebunt post h̄ nc vitā. nec diuturnitate temporis addiscent. sicut nec maiores qui nihil plus sciunt quādo moriuntur q̄ꝫ quando nascuntur. etiā si multo tempore vixerunt. Misericordia exigit vt nō habeant penaꝫ actualis doloris. cum nō habuerūt maculā culpe actualis. ꝛ ideo iusto suo iudicio priuat eos deus omniū eorum cognitione que possent eis inferre dolorē. melius est em̄ talia ignorare q̄ꝫ scire. sicut peccatori procliuo ad peccatum melius est ignorare q̄ꝫ nosse ea que eum inclinant ad peccatum. Sed quia difficile est intelligere ꝙ anima separata nō habeat vsum rōnis. ꝛ nō cognoscat ea saltem quoꝝ cognitio est ei naturaliter inserta. cum ex parte corporis impedimentum nō habeat. Ideo alij aliter opinant̄ ꝙ anime paruulorum ꝛ habebūt cogni

On dubio responsalis q[uod] par[vuli] decedentes in peccato originali nullum sentiunt dolorem [...] ex 3° modo posi[...]

tionem. τ habebūt etiā dolorē. Scient em̄ ꝓpter quid facte sunt. τ scient se illo bono merito originalis culpe esse priuatos τ ꝓpterea dolorē habebunt. τ affectiones doloris in eis alternabunt. attamē nō habebūt dolorez qui mereatur dici vermis. quia nō habebunt remorsuz ꝙ perdiderunt illud bonū ꝓpter ꝓpriā negligentiam τ ꝯtemptū. τ ꝓ tanto dolor eoꝝ erit multo minor ꝙ̄ dolor adultorum. Sed qm̄ plura videntꝰ incōuenientia se qui si ponatꝰ ipos dolere sicut in opponēdo mōstratum est. tū ꝓpter hoc ꝙ dolor ille ē absq; patiētia τ absq; spe τ ita cū murmure τ desperatione. Tū etiā ꝙ dolor aīe redūdat in carnē. τ si talis dolor ex deliberatiōne ꝓcedit. nō videtꝰ esse absq; actuali obligatione. Propter hec τ hiis silia est tertius modus dicēdi. videlicet ꝙ aīe puuloꝝ carebunt actuali dolore τ afflictione nō tamen carebunt cognitione. Et illud potest satis rationabiliter intelligi per hunc modū. Decedēres cū in solo originali quasi medium tenent inter habētes gratiā τ culpam actualem. τ quoniā status retributionis respondere debet statui vite presentis. in tali statu debent aīe paruulorum poni vt quasi mediū teneant inter beatos τ eternis ignibus cruciatos. Quoniā igitur beati carent malo pene sensibilis. τ cum hoc habēt dei visionē. Damnati econtrario sunt in tenebris τ puniuntꝰ pena sensibili. Paruuli fm̄ rectum ordinē diuine equitatis debēt cōmunicare in vno cū dānatis. τ in alio cū beatis. sed nō possunt cōmunicare cū beatis in habendo diuinam p̄sentiā. ꝙ tunc in nullo cōmunicarēt cū damnatis. p̄sentia em̄ visionis dei nō stat cum pena sensibili. ideo cum beatis cōmunicant in hoc ꝙ carent omi afflictiōe exteriori vel interiori. cuz dānatis vero in hoc ꝙ priuantur visione dei τ lucis corꝑalis. Paruuli igitur sic diuino iudicio iusto inter beatos τ simpliciter miseros q̄si in medio ꝯstituti hoc nouerunt. vt tamē ex vna parte ꝯsideratio generet desolationē. ex altera ꝯsolationē ita eq̄ lance diuino iudicio eorum cognitio τ affectio librantur. τ in tali statu perpetuatꝰ. vt nec tristicia deiiciat nec leticia reficiat. sed in hoc mirabilis ostēditur ordo diuine sapiētie que cuncta nouit suis locis disponere τ ad sui gloriam ordinare. Nā sicut in beatis potissime manifestatꝰ misericordia. τ in damnatis potissime claret iusticia. sic in istis manifestatꝰ misericordia simul τ iusticia. et ex hoc patet ꝙ nō facit frustra deus aīas quas nouit de corꝑe aū̄ susceptionē baptismatis egressuras. Oia 49 em̄ facit deus ad gloriā suā manifestādā. Vn̄ si tu queras quid puuli faciant verum addiscant vel conferant vel aliquod aliud opus exerceant. breuiter ꝙ̄ respōdeo ꝙ diuine iusticie equitas τ īmutabilitas in eodē statu q̄tum ad corpꝰ τ quantū ad aīam. siue quo ad cognitiuā siue quo ad affectiuā ꝑpetualiter eos ꝯsolidat. vt nec ꝓficiant nec deficiant. nec letentꝰ nec tristentꝰ. sed semꝑ sic vniformitꝰ maneāt vt sint materia laudādi diuinū iudicium qd̄ sic est equū τ iustū. vt nullū bonū remaneat irremuneratū. τ nullū malū remaneat impunitū. τ perfectissi ne teneat mediū inter supfluū τ diminutū. Scdm̄ hanc igitꝰ positionē ꝯcedende sunt rōnes ondentes ꝙ puuli nō sentiunt spūalē dolorē. 50 Ad illud vero qd̄ obiicitur in ꝯtrariū de Joh. Criso. dōm ꝙ intelligitꝰ de hiis q̄ excludūtꝰ merito actualis peti. q̄ vermē ꝯscientie τ remorsum sunt habituri. τ iō nō habet locū in paruulis. 51 Ad illud qd̄ obiicitꝰ ꝙ tristicia necessario seqtꝰ qn̄ desideriū nō impletꝰ. dōm ꝙ verū est qn̄ nec impletꝰ in se. nec fit recōpensatio fm̄ estimationē desiderantis. Quando vero fm̄ estimationem desiderantis aliqua recompensatio fit. non necesse est tristari. sicut multi qui vellent eē in paradiso. bn̄ ꝯsolantꝰ de statu vite presentis. ꝙ ꝯtenti sunt eis que habēt q̄tūcūq; modicū habeant. τ sic in puulis intelligēdū est eē. ꝙ eis sufficiat status suus. nec eleuāt oculos ad opes q̄s habere nō possunt. 52 Ad illud qd̄ obiicitꝰ ꝙ aīa puuli ꝯcupiscētiā hꝫ dōm ꝙ sicut ī hac vita nec ꝯcupiuit nec desiderauit aliqd̄ qd̄ nō debuerit. sic etiā nec in futura vita. sed ipi diuina sniā collocati ecūt īter fugā τ appetitū. ita ꝙ neutrum eis dn̄abitꝰ. τ iō nec habebunt actuale gaudiū. nec actuale suppliciū. vnū em̄ tꝑatꝰ ꝑ alteꝝ. 53 Ad illud qd̄ obiicitꝰ de sanctis patribꝰ. dōm ꝙ sancti patres spez τ certitudinē habebāt de futura gloria habenda. τ gratiam etiā habebāt ꝑ quā dn̄m aliquo mō cognoscebant τ ideo nō sequitꝰ ꝙ equaliter puniantꝰ vt puuli ꝓ eo ꝙ plus habebant ꝯsolatōis. 54 Ad illud qd̄ obiicitꝰ ꝙ maior dolor ē alicui cum priuatꝰ absq; causa. dōm ꝙ puuli bene scient ex causa se esse priuatos. sed quia illam cām nō a se habuerunt. sed aliunde contraxerūt. ideo nec dolorē nec remorsum habebunt. verbū aūt predictū intelligitur in punitione iniusta. τ in qua punitus punienti remurmurat. sic aūt nō est in ꝓposito. 55 Ad vltimū dōm ꝙ affectiones puuloꝝ stabiliuntur iudicio equitatis diuine. nō tamē totaliter quietantur sicut affectiones bonorum in patria. Unde sicut differt immunitas a passione siue a sensu pene in puulis τ beatis q: ī btīs est dos. in paruulis nō. sicut dictum est. sic intelligēdū est de quietatione ex parte affectiuā anime.

Dist. xxxiiij. de peccato actuali fm̄ eius causalitatem.

Ost p̄dicta de peccato actuali τc. Ista totalis ps secundi libri in q̄ magister egit de lapsu hoīs diuisa fuit in tres ptes. fm̄ ꝙ tripliciter ꝯtingit ꝯsiderare corruptionē peccati. duabꝰ ꝑ partibus terminatis in quibꝰ magister egit de peccato quo ꝑsona corrūpit naturam. τ tertiū de peccato quo natura corrumpit ꝑsonā vtpote de originali. sequitꝰ hic tertia pars in qua agitꝰ de peccato in quo ꝑsona corrumpit se. hoc est de peccato actuali. τ durat vsq; ad finem libri. Diuiditur aūt hec pars in duas. In p̄ma determinat de peccato siue de malo fm̄ id qd̄ est. Scdo vero qualiter in voluntate habeat malum siue peccatum cōmitti. s. di. xxxviij. Post p̄dicta de volūtate τc. Prima ps habet duas In p̄ma determinat de peccato siue malo fm̄ eius causalitatē. Scdo vero fm̄ eius q̄ditatem. s. dist. xxxv. Post hec videndū est quid sit peccatum. Prima ps ꝯtinet p̄sentem distinctione. Et diuiditur in duas. In p̄ma agit magister de malo quantū ad cām originalē. In scda de malo q̄tum ad subiectum siue cām efficientē. ibi. Ostensa origine mali τc. Prima ps habet tres ptes. In p̄ma aperit suā intentionē in generali. In scda vero ondit ꝙ malū oīm habꝫ a cā bona ibi. Causa τ origo τc. In tertia vero ꝙ est a voluntate libera. ibi. Mala aūt volūtas τc. Similiter scda pars p̄ncipalis hꝫ tres. In p̄ma ondit ꝙ malū est a bono. cōfirmās hoc auctate Aug. Scdo vero elicit quoddam correlariū. scꝫ ꝙ in hiis ꝯtrariis fallit regula dialecticorum. ibi. Ideoq; in hiis ꝯtrariis τc. In tertia vero τ vltima remouet quoddā dubiū. ibi. Ad hoc aūt qd̄ dictū est τc. Et sic supposito ꝙ maluz sit. duo manifestat magister de malo. s. a quo sit. τ in quo.

Di. XXXIIII

Aperit suam intẽtionẽ in generali q̃ de pctõ actuali ani aduertẽda sunt. a

Post predi

cta de pctõ actuali diligẽti indagine q̃dã ↄsiderãda sunt. scʒ q̃ fuerit origo ⁊ cã pmi peccati. Utrũ res bona an res mala. Postea ĩ q̃ re sit peccatũ Deide q̃d sit pctm̃. ⁊ q̃t modis fiat. ⁊ de differẽtia ipoꝝ pctõꝝ.

¶ Oñdit q᷑ pctm̃ vl' malũ ortũ hʒ a cã bona. b

¶ Causa et origo pmi pcti res bona extitit. q᷑ añ pmuʒ pctm̃ nõ erat aliq̃d mali vñ oriretur. Cũ eñ originẽ ⁊ cãm habuerit aut ex bono. aut ex malo habuit. Sʒ malũ añ nõ erat. ex bono ĝ ortũ est. Prius eñ in angelo ortũ est pctm̃. ⁊ postea in hoie. Et q̃d erat angel᷒ nisi bona natura dei. Nõ ex deo ortũ est malũ quod fuit ĩ angelo nõ ex alio q̃ꝫ ex angelo. ex bono ĝ ortũ est Vñ Aug. in rñsionib᷒ ↄtra iulianũ hereticuʒ q̃ dixerat. Si ex natura pctm̃ ẽ. tũc mala est natura. ait. Queso vt si pt. rñdeat Manifestũ est ex volũtate mala tãq̃ꝫ ex arbore mala. fieri oĩa opa mala tãq̃ꝫ fruct᷒ malos. ſʒ ipaʒ malã volũtatẽ vñ dicit exortã nisi ex bono. Si ei ex angelo. q̃d ẽ angel᷒ nisi bonũ op᷒ di si ex hoie q̃d erat ipe hõ nisi bonũ op᷒ di. Jmmo q̃d erãt h̃ duo añq̃ꝫ ĩ eis oriret̃ mala volũtas. nisi bonũ op᷒ dei. ⁊ bona ⁊ laudanda natura. Ergo ex bono orit̃ malũ. nec fuit vñ oriri posset nisi ex bono. Dico ĝ q᷑ volũtatẽ malã nullũ malũ pcessit. ſʒ ex bono originẽ habuit. Hic aptę dicit̃ pmã cãm ⁊ originẽ mali bonã fuisse naturã. Et nihilominus oñdit̃ cui᷒ pcti fuerit cã scʒ male volũtatis.

¶ Oñdit q᷑ pctm̃ seu malũ est a volũtate libera. c

¶ Mala aũt volũtas illa angeli vel hois cã est etiã maloꝝ subsequẽtiũ. scʒ maloꝝ opeꝝ et malaꝝ volũtatũ. Vñ Aug᷒. in enc̃h. Nequaq̃ꝫ dubitare debemus rex bonaꝝ q̃ ad nos pertinẽt cãm nõ esse nisi bonitatem dei. Malaꝝ vero ab immutabili bono deficientẽ. boni mutabilis volũtatẽ. pus angeli. postea hois. h̃ pmũ est creature rõnalis malũ. i. pma puatio boni. Ecce habes pmã volũtatez boni mutabilis. i. angeli vel hominis deficiẽtẽ ab ĩmutabili bono. i. a deo cãm eẽ malaꝝ reruʒ ad nos ptinẽtiũ. q᷑ᵇ cã est tam peccatoꝝ q̃ꝫ penaꝝ quib᷒ pmit̃ humana natura. Prima ĝ origo cã peccati bonũ fuit. ⁊ scda malũ q̃d ortum est ex bono.

¶ Oñdit q᷑ pctm̃ seu malũ ẽ ẽ bono ↄfirmãs auctẽte Aug. d

¶ Oñsa origine mali. supest videre in q̃ re sit malũ. i. an in re bona. an in re mala. Qui recte acuteq̃ꝫ sapit nõ nisi ĩ bono malum eẽ intelligit. i. in natura bona. Malũ eñ est corruptio vel puatio boni. vbi aũt bonũ non est. nõ põt eẽ corruptio vel puatio boni. Pctm̃ ĝ nõ pt eẽ nisi ĩ re bona. Sic eñ morbis ac vulnerib᷒ corrũpunt̃ corpa. q̃ (vt ait Augu. in enc̃h.) sunt puationes boni q̃d dicit̃ sanitas. ita ⁊ aioꝝ q̃cunq̃ꝫ sunt vicia. naturaliũ sũt puatões bonoꝝ. Quid est eñ aliud q̃d malum dicitur. nisi priuatio boni. Bonum eñ minui malum est. q̃uis quantumcunq̃ꝫ minuatur necesse ẽ vt aliquid remaneat. si adhuc natura est. Non eñ cõsumi potest bonuʒ quod est natura. nisi ⁊ ipa consumatur. Cum vero corrumpitur. ideo malum ẽ ei᷒ corruptio. quia eam qualicunq̃ꝫ priuat bono. Naʒ si nullo bono priuat. nõ nocet. Nocet autem. adimit ergo bonuʒ. q̃diu itaq̃ꝫ natura corrumpitur. inest ei bonum quo priuet̃. Ac p h̃ nullũ ẽ q̃d dr̃ malũ. si nullum sit bonum. sed bonuʒ omnino c

a Mala aũt volũtas illa angeli vel hois. cã est etiã maloꝝ subseq̃ntiũ. Sʒ ↄ Augu. in lib. Jsterrig. q. dic̃ q᷑ nullo alio auctore pt hõ fieri deterior. ergo mala volũtas angeli vel hois nõ pt malas volũtates ĩ alijs causare. Jt̃ẽ si oẽ malũ dʒ ĩputari ei q̃ est cã prima. ⁊ mala volũtas angeli vel hois est cã oĩm maloꝝ. ĝ oĩa mala sũt eis imputãda. R᷒. dõ q᷑ ẽ cã vere efficiens ⁊ pducẽs. ⁊ est cã q̃dãmodo disponẽs ⁊ pducẽs. Cũ ĝ dicit̃. Mala volũtas angeli vel hois est cã maloꝝ volũtatũ seq̃ntiuʒ. dr̃ p q̃ndam dispositõẽ ⁊ inductionẽ. Diabolus eñ inducit ⁊ disponit suggerẽdo. hõ vero corrũpẽdo naturã ⁊ malũ exemplũ pbẽdo. Cuʒ dic̃ Aug. q᷑ nullo alio auctore fit hõ deterior. h̃ intelligit̃ tãq̃ꝫ auctore pncipali. Posset tñ dici q᷑ lr̃a ista intelligit̃ de mal' subseq̃ntib᷒ pmã malã volũtatẽ angeli ⁊ hois. ñ respectu diuersaꝝ psonaꝝ ſʒ respectu eiusdem ita q᷑ pma mala volũtas ei᷒. est cã oĩm maloꝝ q̃ ipe facit.

b Cã ẽ tã peccatoꝝ q̃ꝫ penaꝝ. Jnnuit mgr̃ q᷑ volũtas hois ẽ cã tam pctõꝝ q̃ꝫ penaꝝ. Cõtra. q᷑ pena ẽ passio inuolũtaria. ſʒ q̃d causat̃ a volũtate ẽ volũtariũ. ĝ pena non causat̃ a volũtate. Jt̃ẽ si causat̃ a volũtate. aut a bõa. aut a mala. A bona ñ. h̃ cõstat. q᷑ nemo punit̃ p bõa volũtate. A mala nõ. q᷑ mala volũtas nõ ẽ cã iusti inq̃ntũ h̃mõi sed oĩa pena iusta ẽ. ĝ nulla pena est causata a voluntate. R᷒. dõ q᷑ volũtas dupl'r ẽ cã. dr̃ aliq̃. vl' p modũ merẽti. vl' p modũ efficiẽti. Cũ ĝ dr̃ volũtas ẽ cã pene. h̃ ñ dr̃ p modũ efficiẽti ſʒ pot᷒ dr̃ p modũ merẽti. volũtas n̄o causãdo culpã afficiẽdo siue deficiendo meret̃ penam. ⁊ ita dr̃ eẽ cã penarũ ⁊ pctõꝝ. licet alit̃ ⁊ alit̃. Ex h̃ patet solutio obiectoꝝ.

c Bonũ oĩno malo carẽs. integrũ bonũ est. Hoc vr̃ falsum q᷑ integrũ bonũ ẽ illud cui nihil deest de bono. ⁊ h̃ ẽ bonũ in q̃ est oẽ bonũ. ĝ soluʒ illud est integruʒ bonũ q̃d ẽ summũ bonum. ſʒ mlta creata sũt carentia oĩ malo. vt btĩ angeli ⁊ aĩme beate. ergo si veruʒ esset q̃d dicit. multa essent summe bona. Propt̃ h̃ ẽ q̃stio. verũ aliq̃d creatuʒ mereat̃

